

alacriores ad bellinas illas suas potiones redeant. De his A. vinis vide plura apud Dioscoridem l. 5. & Plinium l. 14. cap. 6. Bruyerium, & alios.

ALII POTUS ARTIFICIALES.

Duo sunt præter vinum cum olim, tum hodie quoque tritici, & vitæ apud populos, illos præsertim, qui virtutes carent, potus, qui tamen etiam vinis factis annumerantur, vinum nimirum latius pro quovis potu inebriante accepto.

Primus est, qui ex hordeo conficitur, quo Ægyptii olim fuerunt usi, Ægyptii, inquit Herodotus l. 2. in Euterpe, vino utuntur factio ex hordeo: defunt enim in ea regione vites. Hecateus, teste Galeno, de Ægyptiis scribens, illos, & ἀροζίνους οἶνον, & τὰς ἡρόδας εἰς τὸ πρῶτον κατακρίβειν, panis esse voraces, & hordeum in potum conicere.

Ibidem in periodo Europæ, præcipuas aut bibere βρωτὸν ἀπὸ τῶν ἡρόδων, brytum bibere ex hordeis, & parabiim ἀπὸ κίττυος καὶ κριθῶν, id est, mylio, & conyza.

Zythum Ægineta, & recentiores Græci Phucam vocant: Strabo l. 17. de Ægypto scribens, Cerevisia, inquit, & quan-

B quam proprie apud illos fiat, tamen communis est, & apud quemque diverso modo conficitur. Multus ejus in Germania, Britannia, Neustria, Picardia, & Belgica Gallia usus est. Conficitur ex hordei, & tritici succo, cum lupo salidario, quem lupulum nominant. Galli du Houblon, aqua multa fervecfactis, & despumatis, vehementerque agitatis.

Dioscorides lib. 2. cap. 311. duo hujusmodi ex hordeo potiorum genera confici scribit, alterum quod Zythum nuncupatur, alterum quod Cornu (κορνὴν) vulgo Græci vocant, & à Poetis quandoque Pelusiacus potus.

Hermolaus, sed dubitans, Cornu vult idem esse quod Cerevisia: eodem teste Aristotele, pinum vocat, vinum, quod ex hordeo fit.

Suidas, ζυθός, inquit, οἶνος ἀπὸ κριθῶν γινώσκοντο, vinum ex hordeo confectum: quod Sophocles, & Æschylus βρωτὸν vocantur.

Ejus auctorem primum apud Ægyptios, aut Dionysium Hammonis filium, aut Oxyridem, quem ille sibi in filium adoptavit, cujus uxor Isis fuit, ut est apud Diodorum Siculum, omnes ferè fatentur.

C Quare à loco primæ inventionis, Pelusiacus potus à Pelusio Nili Ægyptiaci ostio nominatur, secundum illum versum à Columella citatum. Et Pelusiaci portiget pocula Zythi: inde ad alias nationes vini nativi copia carentes fuit propagata, & diversis nominibus appellatus.

Aristoteles quoque τῖνον nuncupavit, nempe vinum hordeaceum, quo remulentos, aut pronos decumbere, aut supinosidem testatur: in quod vide Juliani Imperatoris elegantissimum epigramma apud Pontanum.

Ejusmodi vinum ex frumentis decoctum Græcis est πνευματικόν.

Alius est potus multis nationibus usitatus, qui ex pomorum succo conficitur, eo modo in dolis servatur, & Sidra vulgò ab Hebræis, & ar appellatur, cujus duo sunt præcipua genera: Unum quod ex pyris fit, quod à Normannis du poire vulgò appellatur, à Græcis πυρραϊκόν, Latine pyracium, nimirum è pyris factum.

Liquaminis è pyris conficiendi rationem ad seminarum jejunia, quod calthionalia dicebatur, vide apud Benedidum D. Curium l. 23. horti. c. 16. ex Palladio.

Alterum genus est, quod ex pomis conficitur, quod Galli vulgò du Cydre appellant. Utrumque genus à Germanis Hochbaumner, & Barlymoß appellatur, hoc est, potus arboreus, sive pyracus.

Apud Hebræos potus ex omni pomorum genere confici solebat, qui quidem Secar fuit appellatus.

Hieronymus in illud Leviticæ 10. Vinum, & Siccam non bibes, &c. annotat hac voce comprehendi quicquid inebriare potest, quod tamen verum est: tamen magis proprie ab aliis videbatur definiti, qui hac voce volunt notari omnes potiones è fructibus expressas, quarum eadem ferè est suavitas, atque illecebra, quæ vini.

Apud Orientales certè hodie tam ex dactylis palmarum, quam ex aliis fructibus, suavissimi delicatissimi que potus conficiuntur.

* Præbenda.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Præbenda à præbeo, numeri pluralis, erant olim ea, quæ Legatis publicè missis per Patrochos dabantur, nempe ligna, & sal. Ita Horatius lib. 1. Sermon. 5.

Proxima Campana ponti qua villula, rectum Præbuit, & Parochi: que debent ligna, salemaque Vide in Loco de Parocho.

Nunc inter Ecclesiasticos usus hujus vocis pro Beneficio Ecclesiastico accipitur, ac plerumque pro eo, cui animarum cura non annectitur. Sive malis, pro fructibus, & emolumentis Beneficio annexis, aut ab eo provenientibus: sic ut dignitatem, aut munus aliis competens hac voce non notetur. Unde in publicis instrumentis sic communiter mentio Canonicanus v. g. & Præbendam in tali Ecclesia. Vide Locum de Beneficio Ecclesiastico.

Præbende Ecclesiasticæ quibus conferenda, Vide Locum de Beneficiis.

Præbiber.

Quare infra. PROPINARE.

* Præceptor.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Præceptor, à præcipio, quod docere significat, & insinuat Græcè μαθητῆρῶν Hebr. Meilanmedo, à verbo Lamado, didicisse, & in 2. Conjugatione Lammaad, docuit Hebræi simul aratoris Malimado appellant ab eodem verbo derivatum.

PRÆCEPTORUM MUNUS LAUDABILE, AC UTILE REIPUBLICÆ ET QVALES Præceptores esse conveniat?

Nullum munus Reipublicæ afferre majus, meliusve possimus, quam si doceamus, quod juvenciter erudiamus, his præsertim moribus, atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrandanda, atque coerenda sit. Sic. 3. de Divin. C

Pædagogus graves sine in primis, liberique ab omni vitæ crimine: dehinc egregie docti. Nam quemadmodum nutrimum, quanto purius, incoarturisque sac fuerit, tanto infanti, qui eo aluntur, valentiusque fac fuerit, atque robur adjuvatur. Ita ii, qui electiores literas, & mores habuerint, eo etiam discipulis firmiora relinquunt probitatis, & doctrinæ altius demum surrectura vestigia. Nec dubitandum erit, quoniam principio præstantissimus pueris doctor eligatur, licet ad imbucendam rudem adhuc ætatem mediocriter etiam doctus quisque, ac gregarius sufficere videatur. Nam quo eruditior fuerit, eo faciliorem, clarioremque doctrinam ministrabit, quæ puerorum maxime nutrit ingenia: jacent etiam in eis certiora literarum, ac rectoria fundamenta, quæ non aliter ac jactaverint, perpetuo secum fidebunt, atque infixa perdurabunt. Præstabit quoque eruditores eis præficere, placidi, ac mitis ingenii. Nam præceptorum inhumanitas maxime impedit profectum, qui ad literas in ea ætate fit. Imitantur etiam familiaritè pueri mores, quos in majoribus suis assidue conspiciunt: in quo præclarum est illud, quod apud Platonem educatum puerum, ad parenteque postea reductum, cum subaltate voce exaudientem conspiceret patrem, dixisse ferunt: Nunquam hæc apud Platonem vidi.

Catonum fuit pædagogus Sarpedon, homo comis, atque urbanus: & qui verba magis, quam verbera in promptu haberet, qui illi admodum ad literarum, morumque rationem profuit, præcebat ei Cato, faciebatque omnia illius iusti, singulas causas, rationeque ab eo efflagitans, ac tanquam divinum quoddam oraculum eum observans. Præstavit igitur, ut magistris pueros sibi commendatos non aliter quam filios omni cura, & amore prosequantur, nullum denique refugientes in erudendis eis laborem, pro quibus, cum perfectam ad eruditionem evaserint, non minus gaudebunt, quam agricolæ pro plantatis arboribus, cum dulcem edunt fructum. Hæc Philæph. l. 2. de educatione liberorum.

Cum inter Magistros aliquot proferentem de hypodidactalo, quidam non infimæ opinionis subridens. Quis, inquit, sustineat in ea schola vitæ agere inter pueros, qui possit ubi quis modo

modicumque vivere, respondit molestius: Hoc munus mihi A videri vel in primis honestum, bonis moribus, ac literis insinuere inventam, que Christum eam ætatem contempsisse, & in nullum rectius collocari beneficium, & nusquam expectari fructum uberem, utpote cum illa sit seges, ac sylva Reip. addidi, si qui sint homines viri, eos in hac esse sententia, ut patenti, seculo nullo officio magis demereri Deum, quam si pueros trahant ad Christum. Erasim. in l. Ep.

Porrò sortem tuam ut laboriosam non negaverim, ita tragicam (ut tu vocas) aut deplorandam esse prorius inficior. Ludi literari magistram esse, proximum regno munus est. An tu putas fordiam esse functionem, primam illam ætatem tuorum civium optimis literis, & Christo statim tribuere, totque probos, & integros viros patriæ tuæ reddere? stultorum opinione humilis est, re longè splendidissimum. Etenim si Ethnicis quoque semper præclarum, magnificumque fuit de Rep. bene mereri, dicam audacter, nemo melius de ea meretur, quam rudis puritæ formator: modò doctus, & integer: que duo fides re paria sunt, ut nesciam utro te ipsum superes. Jam quod in salario diminutum est, Christum ipse de suo penabit abundè: siquidem ipsa virtus B fatis amplum tui præmium est. Neque verò quicquam moveat animum tuum, quod vides quorundam ignavissimo otio, tantum annuo censu è publico decretum, qui sibi vivant, ac non, ex usu Reip. civerò qui communis est omnium liberorum patens, & in re maxime omnium necessaria, tantis sudoribus agi publicum negotium, tam malignum stipendium exsolvi: integrum, & incoarturum vinum munus hoc requirebat, cuique vel gratuita pietas cordi fit. Itaque magnitudo salarii, dignitateque proposita fœderatissimum quemque ad hoc negotium pellicere. Ipse, mi Sapiens, dignitatem addes ex tuis doctibus muneris, si parum apud homines splendide, certe apud Christum magnificentissimo decoraberis. Erasim. farragine Epist. ad Joan. Sapientum.

Externa sunt, magister, & instrumentum: Magister non satis est bene, que proficitur scire, nisi expedite ea possit explicare, & artem, dexteritatemque ad rem adjuvare: quod si contingat, breviter ad magnam eruditionem docilis discipulus evadit. Alterum præceptoris officium est, emendare, ac corrigere, quod non minus est utile, quam umbratilis explicatio præceptorum, & eo magis si corrector, cur quicquam vel prober, & vel recitat, tum morit ipse, tum sciat tradere, & veli diligenter explicare. Vitam enim damnata, pergitus qua videmus cum patre, ac non duere. Quod si solidi sit, & exacti ingenii, ac judicii præceptor, plus ab emendatione paratur judicii, quam ex aliis omnibus scholæ exercitamentis. Ludovic. Froel. lib. de Anima, & Tit. de variatione studii.

Primum memineritis, oportere vos corum, quos accipitis insinuat, sic fatagere, ut simul docti fiant, & imbuantur moribus: quia,

Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.

Atque adeo à teneris assuecere multum est, nec solum Rectores, Magistrosque vos esse adolecentium, sed & parentes putatis: scitis enim illud, qui præceptorem sancti voluerit parentis esse loco: equidem bonos malove vos esse tantum referre existimo, ut aequum diceret bonorum, malorumque omnium, que ubique sunt terrarum, vos esse potissimum causam: nam Jurisconsulti, Philosophi, Rectores chi, Sacerdotes, Episcopi, Cardinales, ipique Summi Pontifices, & demique quicunque vel solas literarum notas tenentis virtus vestra, vitæve eorum profuit, aut nocuit moribus, tantum vales longa consuetudo, ut si cum sancto diu vixeris, sanctus futurus sis: si cum perverso, perversus. Siquidem (ut inquit Fabius) Leonides Alexandri pædagogus quinquaginta annis vixit, quæ robustum quoque, ac matrem quam boni & sancti præceptores civitatis tiosi, non facile dixerim: quantum obine pravi, & vitarii, nullam ferè puerorum patribus, & rectoribus urbium eligendis præceptorum moribus esse curam. Non animadnam quales sunt, qui insinuat tales, & qui insinuantur, velint, nolint, evadent longa die.

Longa dies homini docuit parere leones. Longa dies molli saxa peredit aqua.

Videte igitur vos, qui & longo tempore, & assidue teneris, & simplices adolecentulorum animos insinuat, quantum & E proficere poteris, & obesse hominibus. Quod si quicquam est sic oblitus sui ipsius, ut agnos suæ commissos fidei seu lupus devoret: heu quanta illum pœna apud Manes vel brevi expectat: nam qui ita perniciosi sunt, ut non solum oblit, quod ipsi corrumpuntur, sed & quod corrumpunt, plusque exemplo quam peccato nocent: immatura morte, ne tantum obesse queant, decedunt. Aldus Manutius Rom.

DE PRÆCEPTORIBUS, EORUMQUE OFFICIIS.

APOPHTHEGMATA.

Olim in scholis pingi solebant Muse, seu studiorum præfides: ingressus igitur scholam Diogenes, cum videret multas Musas, discipulos admodum paucos, dixit præceptori. Cum diis multos habes discipulos: ludens ex ambiguo sermone. Nam Græci cum diis dicunt, pro eo quod nos dicimus, faventibus diis. Interdum eis, id est, cum, significat comitem. Cum multis te defendi, id est, multi tecum te defendenderunt. Laert. lib. 6.

Idem puerum conspiciens indecorè se gerentem, pædagogum illius baculo percussit, dicens: Cur sic instituitis? Indicans primæ ætatis formatoribus potissimum impudandum esse, si adolecentes evadunt male morati, aut secus. Apollonius, & Priscian.

Socrates, cum Xenophontem obivium interrogasset, ubi nam locorum variè viderentur merces, quibus vultu utuntur homines? & promptè ad hoc respondisset Xenophon, interrogavit iterum, ubi nam homines fierent meliores? at cum adolecens respondisset, se id nescire: Me sequere, at Socrates, & hoc ex me dices: Absurdum est, scire, ubi ea, que ad victum sunt venialia, reperias: ubi autem doctus, & probus evadas, negligere. Erasim. l. 3. apoph.

Cum Æschines ambiret esse de numero discipulorum Socratis, excusaretque verecundè paupertatem suam, ac molestè ferret, quod cum Socrati ceteri amici divites multa largirentur, sibi nihil esse quod daret, præter seipsum: Non non intelligis, inquit, quam magnum munus mihi dederis, nisi forte te ipsum parvi æstimas. Itaque mihi curæ erit, ut te tibi reddam meliorem, quam accepi. Alii Sophista, cum meras nugas docerent, nullum admittebant discipulum, nisi magna mercede, G Socrates nihilominus libentius recepit inopem, quam opulentos. Item ibidem, ex Seneca.

Anthisthenes rogatus, cur esset in discipulos tam severus? Et Medici, inquit, agros suos simili modo obviangunt. Significans se in vitia sevirere, & non in homines, & discipulos, nec vitia sanari blandiendo. Laert. l. 6. c. 1.

Cum Agasicles Lacedæmoniorum Regi diceret quidam, admirari se, quod cum esset avidus discendi, non adjungeret, sibi philosophantem sophistam, regali profus indole: respondit, eorum volo esse discipulus, quorum sum, & filius, significans, non minus interesse, quos natus sis parentes, quam quos adsciscas præceptores. Etenim ut liberi ferè referunt Majorum, unde prognati sunt, ingenium: ita præceptorum vitia demigrant in eos, quos constituunt. Et honestæ vitæ institutio potissimum ab illis petenda est, qui virtutem ipsis factis præstiterunt, non ab iis, qui compositis arte verbis de virtute nugantur. At H nunc summi orbis Monarchæ futuri, Deum immortalem, quibus interdum viris à teneris formandi, insinuatidique creduntur: cum principi non minus tum perniciosum sit, tum indecorum, ab inhonestis insinuiti, quam nasci. Nec quilibet artes discenda sunt principi, sed hæc duntaxat, quæ tradunt rationem rectè administrandi regnum. Erasim. ex Plat. in Lacon.

Laco quidam pædagogus pueri cura suscepta, cum interrogaretur, quid esset illum docturus? Efficiam, inquit, ut honestis delectetur, turpibus offendatur. Nihil efficiacius ad veram felicitatem, quam amare virtutem propter se. Plat. in Lacon.

Spartanus quidam interrogatus, quid conferrent utilitatis pueris adhibiti pædagogi? Efficiunt, inquit, ut quæ sunt honesta, pueris eadem fiant etiam jucunda. Item ibid.

Alexander Aristotelem, cui puer formandus fuerat traditus, summa veneratione prosequatur, dicens: Se illi non minus quam patri debere, quod à patre vivendi, à præceptore bene vivendi initium accepisset. Plat. in ejus vita.

EX S. SCRIPTURA.

Eliseus suum magistrum deferere noluit, sciens eum pedem raptum iri in caelum. lib. 3. Reg.

HISTORICA.

Theodosius imp. liberis suis Arcadio, & Honorio virtutis magistrum praeferere volens, Arsenio illi, cujus gloria terram sub sole omnem pervagata est, invento, eos commisit: quibus ille susceptis, cum disciplina omni praeceptoris, tum liberali educatione, pariter illis loco fuit. Imperator enim illum, ne quem ex Imperii sublimitate conciperet metum, sed illis potius ut servis uteretur, admonuerat. Idcirco vero, ut id ille fecerit, abest, ut insigni modestia, & moderacione diversum potius fecerit. Et cum de repente Theodosius ad eos aliquando venisset, pueros quidem cum splendore magnifico confidentes, Arsenium autem inter docendum eis affantem reperit. Qua de causa Imperator indignatus, cum illos insignibus principalibus nudavit, tum sempiterna memoria dignum, & vere Imperiale illud verbum est proloquutus: Si tales fe praecepturi essent, ut mores, vitamque suam ad disciplinam, & leges Dei componerent, propentium & illum fore, ut eis Imperium in manus tradat, ad civium, & subditorum commodum; & utilitatem accommodat: sin minus, conducibilis eis esse, ut se privati vitam exigerent, quam doctrina nulla cum periculo imperarent. Niceph. Callist. hist. Eccl. l. 12. c. 23.

Baldvinus Hannonie Comes, qui Philippi Comitis Flandriae sortorem Theodorici filiam in uxorem duxit, vir fuit non minus virtutibus, quam Majorum nobilitate illustri. In primis enim praecleara non in parentes modo, sed etiam in praecceptores fuit observantia. Illorum siquidem mandatis ita parebat, ut ne latum quidem (ut ajunt) unquam ab iis discederet, neque vel minimam aut offensivam, aut iracundiae ansam parentibus praeberet. Praecceptoribus vero tantum deferbat, eosque ceu parentes venerabatur, quod seniret scilicet non minus se praecceptoribus debere, quam parentibus; ab his siquidem esse ab illis autem, ut bene esset, acceperat. Itaque jam factus eques, accidit, ut quodam die, quo Christianis lege Ecclesiastica ad altera corporis refectioe abstinendum erat, apud quosdam esset, ubi ipso inficio erat etiam praecceptor ejus, & orex in equitandum concitasset, cum lupum piscem mensae appositum dentibus attingisset, mox praecceptor ad primum bolum tullum emittit; quam Baldvinus agnoscens, veluti pudibundus bolum sumptum ore cicuit, dicens: Haud mihi salubris est piscis iste. Siquem inde in cibiculum recessit, ubi tam propter Ecclesiae mandatum, quam propter praecceptoris reverentiam totam insequentem noctem, licet magna fame pressus, abstinuit. Ex 3. vol. Annal. Hunon. c. 80.

Dagobertus Clotarii Gallorum Regis filius, cum praecceptorem, qui eum secularibus ornatu redderet institutis, a patre accepisset, quem Aquitaniae ducatu pater donaverat, intellexit non rudis adolefcentis, quantum Sadragefillus (id enim nomen erat Praedagogo) propter acceptam a patre dignitatem superbiere, ita ut eum neque satis revereretur, neque observare vocatum ad convivium Sadragefillum, cum e regione Dagoberti velut pat illi affedisset, poculumque tanquam ex aequalis manu desumpisset, jubet eum virgis caedi, & barbam, quam promissam habebat, amputari. Qua accepta injuria, ad Clotarium Sadragefillus ferè lacrymans procurrit. Eam rem pater furenter animo excepit; Dagobertumque protinus ad fe venire jubet. Exasperatum patrem quia adolefcentis pertimeceret, non aliam fugam locum, quam ad sacellum (S. Dionysii, & lociorum) quo à canibus tutus fuerat certus, secum reputans, eo se comfert; non minus praefidii sibi à Sanctis confertis arbitrat, quam belluae contulisset. Cognito filii perfugio Clotarius Dagobertum inde extrudi, & ad te deduci ferociter imperat. Id ut facerent abeuntibus servis, cum propè ad sacellum minus milliari constitissent, tam fixi stupentisque haerenti, ut ultra procedere minime possent: quanquam progredi maxime conarentur. Igitur reversi, quod illis obvisisset, patri renunciant. Credidit Clotarius fabulam tantum esse, quod narrarent servi, vereri ne Dagobertum offenderent: secundis, qui praecceptum exequerentur, par accidit. Nec fe ab ira temperare potuit ferrox pater, nisi & ipse miraculum experiretur. In

facello dum sopori se mandasset Dagobertus, vidit per quietem tres reverendissimos viros sese affari: Adolefcentis, inquit hi, Martyres sumus, quos multo supra tempore pro fidei veritate mactatos hoc loco Carula sepelivit. Qui locus quandoquidem non satis cultus, decoratusque est, minore nos dignatione populus colit. Quare si ad te receperis digniore apparatu tumulos nobis extruere, cum tibi securitatem, tum placatum patrem restituerimus. Et ne somnio te illudm existimes, si terram, ubi delitescimus, effoderis, optimis characteribus suo quemque nomine comperies esse signatum. Hujusmodi visione confidentior factus adolefcentis se, quae divi Martyres petissent, impleturum religiosè promittit. Ad filium pater cum indignabundus contenderet, eodem, quo servi, stupore, & miraculo percussus filio pepercit: eumque non multo post regni confortio donatum Australiae praefecit. Robert. Guagnin. de gestis Francorum l. 3. sub Clotario. Paul. Aem. lib. 1.

Sempiterna memoria digna fuit gratitudo Caroli V. Imp. erga Hadrianum praecceptorem suum. Insigniter enim remuneravit, dum post varios, maximoque honores delatos, apicem dignitatum, id est, summum Pontificatum sua commendatione illi procuravit. Eiusque imitatione Philippus II. ejus filius Hispaniarum Rex Ecclesiae Hispanicae Primum praecceptoris suo Joanni Martino contulit, ut taceam alios honores, F. aliaque beneficentiae, & grati animi notas, quibus eum mirifice insignivit. Ex hist. Galliae Patri Math. l. 1.

Martianus Corvinus Ungaricus Rex Joannem Vitesium Varam diensem Episcopum praecceptorem suum amplissimo illo, ditissimoque comitatu perpetuo donavit, ut ipse, postquam Pontifices eo legitime fruenterent. Denim ad Strigoniensis Episcopatus dignitatem eum eiecit. Antonius Bonif. lib. 1. Decad. 4.

Joannes Quirinus defunctum Benedictum Primum praecceptorem sepiendum curavit, monumentumque in marem mox insigne in Minoritana aede posuit: memor nimirum, & egregia illius bonitatis, & singularis, quam sub eo imbibisset, eruditionis. Invitant igitur locum studiosi juvenes frequenter, ut hoc exemplo edocti, quantum discipuli ipsi praecceptoribus suis debeant, perpetuo meminisse velint. Egnat. lib. 5. cap. 2.

Joannes Damascenus duntaxat temporis spatio per omne tentationis, & experimenti genus à praecceptore sece institutus, in omnibus rebus certam obedientiam praeferebat. Non oblitabatur ille in iis, quae ipsi imperabantur. In lingua murmur non erat, nec ulla in corde discipulo, in qua ea explorans, quae magister praeferebat. Verum hoc unum in media mente, non sece atque in tabulis penitus exculptum, & incisum habebat, nempe ut in omni negotio, ad discipulatione, quod imperatum esset, faceret. Nam aliqui quidnam ad eum, qui boni aliquid, quodcumque tandem id fuerit, efficit, utilitatis redire queat, si vel in ipsius labiis murmur insidat, vel improba cogitatio serpentes initar in pedore delitescat? Ecquando ulterius proveheretur? Id nimirum caute est, quoniam multi frustra laborent, nec ab ea, quae à fronte sunt, progrediantur. In vita ejus c. 18. apud Sur. 6. Maii.

Conradus Marpurgensis, vita, & eruditione celebris, Elizabeth Regis Ungariae filiae praecceptor, concionem aliquando habiturus de rebus (ut solebat) divinis, eidem Christi famulam interesse praecceptor. Quod cum illa inopinato sortis matris sui adventu praepedita non implevisset, itam velut H. inobediens remandat (incertum, serio, an tentandi astu) nolle se deinceps quaequam ipsi jubere, quae datam obedientiam idem tam facile rupisset: uteretur deinceps libertate sua, haud eum fe virum esse, qui verba sibi dari a quo animo possit ferre. Hoc nuncio vehementer Elizabeth percussa, magistrum postredie mandatus adit, deprecatur in terram profundo pudore luminibus veniam sibi dari suppliciter poscit. Quam cum ille veluti indignabundus averteretur, ad pedes ejus regia mulier, nulla habita generis sui ratione, advolvitur, eadem humilitate veniam consecuta. Jacob. Montanus Spirithi in vita S. Elizabeth cap. 6.

Sequentem historiam, quam ex Clemente Alexandrino recitat Eusebius, si inferamus, utilem fore legentibus credimus. Sic vero fe habet: Audite fabulam, quid dixi fabulam immo vero, & certam historiam de Joanne Apostolo memoratam, quae nobis constantè tradita est, & memoria firmè custodita. Ubi verò tyranno mortuo, ex insula Patmos erat Ephefium reversus, quorundam rogatu, ad finitimas gentes proficiscitur, hic Episcopos constitutus, illic integras Ecclesias

hic dispendiatur, alibi certos homines, sibi Spiritus S. infundit demonstros, in Clerum delecturus. At cum ad urbem quandam non longe inde distantem, cujus etiam nomen memorat, se contulisset, & alia quoque officia, quae ad animos fratrum inter fe dissidentium conciliandos pertinebant, obisset; ad extremum adolefcentulum, corporis viribus valentem, vultus, & oris conformatione venustum, animi impetu flagrantem forte confpicuus, (statim in eum, qui ibi Episcopus erat constitutus, oculos convertit, eumque sic affatus est: Hunc adolefcentulum omni studio, cura, & cogitatione, coram Ecclesia, & Christo teste, tibi, tuoque fidei commendo. Quem cum Episcopus in suam tuam telam accepisset, & omnia fe facturum fuisset pollicitus, Joannes iterum, atque iterum illi edisserit, ejusque fidem contestatur. Ephefium deinde redit. Episcopus adolefcentulum sibi concredidit in domum suam recipiens educavit pro suo, in officio continuit, fovitque humaniter; ad extremum baptismi sacramento illuminat. Postea verò ubi flagia Domini (nempe sacramento Confirmationis, ut addit interpret) tanquam perfectus, & observacione in eo influendo suscepta remisit.

Quem quidem non solum liberior vivendi potestas, quam fuerat paulò ante tempus adeptus, verum etiam quidam adolefcentes ejus aequales ocio languidi, inertia dissoluti, & omni malorum genere affacti corrumperunt: & primum exquisitis conviviis opparitur deliciis alliciunt, invitumque noctu deinde educantes ad furti societatem cocundam attrahunt: tum etiam majora moliri flagia hortantur. Iste pedetentim affuecit, & propter generosam animi magnitudinem, tanquam equus effrenatus, & nimirum sibi, suisque viribus praesidens, extra rectam viam impetu fertur; franaque acriter premordens, proclivius in profundum vitiorum gurgitem fe praecipitat. Atque cum jam in desperationem salutis in Deo sita veniret, deinceps non de exiguis noxis cogitavit; sed maxime quibusdam, ac nefariis facinoribus admittis, ubi fecit omni improbitate, & nequitia perditus evaserat, nullam non sceleris labem ex aequo cum aliis contrahere secum statuit. Illis igitur in familiaritatem adfectis, & magna latronum turba collecta, animo prompto, paratoque fe ducent manu violentissimum, sanguinis effusione crudelissimum, severitate denique acerbissimum praebuit.

Interea temporis, ubi necessaria ad rem ideocebat occasio, Joannes accessit. Ille ubi alias res, quarum gratia venerat, recta ratione disposuisset: Age, inquit, Episcopo, depositum nobis reddens, quod ego, & Chribis, Ecclesia teste, quam gubernas, tibi commisimus. Hic verò primò attonitus obstupuit, arbitrans pecuniam, quam nunquam acceperat, à se per fraudem, & dolum malum repeti: & tamen neque facile credere poterat à se repoci per calumniam, quae neutiquam habuisset neque Joanni depositum repenti omnino diffidere. Verum simulatque Joannes dixerat: Adolefcentulum repeto, & animam fratris, fenex demisso vultu ingemiscens, & item lacrymans: Ille, inquit, mortuus est. Quomodo, & quo genere mortis? Deo, inquit, mortuus est; nam nequam, & perditus, & uno verbo, latro evasit: & jam pro Ecclesia, in qua verlabatur montem cum nefaria hominum fidi similitudine turba occupat. Apostolus ergo veste dilacerata, ingenti cum gemitu caput feriens: Bonum, inquit, custodem anime fratris tui te reliqui. Equus jam jam mihi adsit, & dux aliquis itineris. Inde ab Ecclesia ita ut erat, cum festinatione se proripuit. Profectus autem ad locum, à primis latronum excubitoribus prehenditur: qui neque fugam parans, neque evitare studens, sed vociferans admodum, dicit: Hic hujus rei causa accessi; me ad vestrum Principem deducite. Qui quidem ad tempus, ut erat armatus, expectabat. Verum ut Joannem adventantem agnoverat, praepudore fugam capessit. Hic verò atatis suae oblitus, illum pro viribus properat insequitur; atque clamans: Consequere, inquit, filii, me tuum ipsius patrem incernem, & atate quidem fugis? Miserere laboris mei, fili; ne formides: adhuc tibi salutis spes reliqua est. Ego pro te Christo reddam rationem; & si te opus, pro te lubens mortem optetam sicut Dominus pro omnibus nobis; pro tua anima meam dabo, consistet, crede: Christus me mitit ad te. Ille ubi haec audiverat, primum oculis humi defixis constitit: deinde arma abiecit: tum horrore percussus graviter, & acerbè lamentatus est; fenem ad fe adventantem complectitur: fletu, & moreore, quoad poterat, pro culpa fatiisacit, & dextra sola occultata, lacrymarum unda secundò baptizatur.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Apostolus rata, & constanti asseveracione ei se à Salvatore veniam, & remissionem peccatorum precibus suis impetraturum pollicetur; atque ad genua accedens, ipsam manum dexteram, tanquam aqua poenitentiae ablutam, purgamentum osculatus, illum ad Ecclesiam reducit. Crebris item precibus Deum pro illo invocatur, continuis jejuniis una cum eo se macerat, variis divinae sapientiae sententiis ejus animum, quasi quibusdam blanditiis mitigat, tranquillatque: neque prius (ut fertur) inde decessit, quam illum Ecclesia minister praefecisset. Cujus conversione magnam poenitentiae exemplum, praeclearum secundae regenerationis specimen, illustre denique trophaeum à peccatis resurrectionis per exteriora poenitentiae signa hominibus proposuit ad imitandum. Euseb. Caesar. lib. 3. hist. Eccles. c. 18. Niceph. l. 2. c. 42. D. Antonin. Chren. p. 1. tit. 6. c. 6. §. 1. Baron. tom. 1. Annal. anno Christi 98. 14.

CRUDELES IN PRÆCEPTORES. Vide Locum de Crudelitate.

Præceptum.

Vide MANDATUM.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Præceptum, quòd Graeci ὑποταγή, & ὑποτίθημι dicunt, est omne id, quod Superior fieri mandat: aliquando latius accipitur pro omni illo, quod desiderat Superior, ut includit nutum, & inclinationem illius, quo sensu dicitur perfectus obediens, qui non expectat praecceptum Superioris, sed solam voluntatem. Qua de re consulatur Locus de Obedientia.

Importat itaque praecceptum applicationem legis ad ea, quae ex lege regulantur, ut ait S. Th. 1. 2. q. 90. a. 2. Hinc etiam penes, quos est potestas jubendi, & praecipendi, praecceptores vocantur.

JUS PRÆCIPENDI UNDE ORIATUR.

Jus, & potestas praecipendi, uti & regendi, ac imperandi, C. ex triplici radice provenire dignoscitur. Primò ex ratione causa, & effectus, causa enim naturaliter habet potestatem in effectum. Hoc modo Deus imperare potest omni creaturae rationali, quia ipse auctor illius est, & illa signum ipsius. Atque idem quavis minus principaliter, competit parentibus in filios.

Secundò ex ratione totius, & partis, pars enim subest toti naturaliter, & ab eo regitur. Ita Respublica habet auctoritatem in singula membra.

Tertiò ex ratione agentis, patientis, vel instrumenti. Agentis est movere patientis, & causa principalis suum Instrumentum. Et hac ratione marito competit potestas in uxorem, qui naturaliter praestantior, & in illa combinatione fe habet instar agentis; Domino in servum, quia servus est instrumentum Domini. Idem dicendum de hero, & famulo conducticio. Ab his mediante commissione derivatur ad alios, qui eam ex se non habent: ex prima enim radice descendit omnis potestas Ecclesiastica, hoc est ea, quae gubernatur in cultu divino, & in ordine ad vitam aeternam. Nam primò à divinitate (quae omnem potestatem in creaturas habet à seipso ratione causa) descendit in humanitatem, idque plenissime, & illimitate juxta illud. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. A Christi humanitate proximè derivatur ad Summum Pontificem, sicut ab Ordinario in Vicarium. Unde in eo est tota plenitudo potestatis Ecclesiasticae hominibus communicata. Ab hoc descendit ulterius ad omnes Rectores Ecclesiarum, & Religiosorum congregationum, secundum varias restrictiones locorum, personarum, actionum.

A secunda radice per commissionem provenit omnis potestas politica Imperatorum, Regum, Principum, Magistratum, & consequenter omnium eorum, qui ab his auctoritatem habent. Respublica enim libera per se, & ex natura rei habet potestatem regendi sui, & omnia sua membra: unde eam potest alteri committere, sive uni, sive pluribus, idque secundum varias limitationes, & condiciones, prout ei expediens visum fuerit.

Ex tertia per commissionem potest derivari aliqua potestas privatim aliquid imperandi, & certas aliquas functiones. Omnis enim cui primario aliqua potestas imperandi convemit, N n potest

potest eam alteri committere, & suum in ea utenda constituere Vicarium: quia est ordinarius, cui universè convenit posse suam potestatem delegare.

OMNIS POTESTAS A DEO EST.

Bene Apostolus dixit; Non est potestas nisi à Deo: Siquidem Deus omnis potestatis est prima radix. Provenit autem ab eo dupliciter, per positivam ordinationem, & per naturalem institutionem rerum.

Priore modo derivatur ab ipso tota potestas Ecclesiastica, seu supernaturalis; posteriore tota potestas politica. Hoc ipso enim, quo fecit singulos homines sui juris, & dedit inclinationem ad vitam communem, & politicam, censetur etiam dedisse communitati, quæ ex singulis illis junctis conflatur, potestatem regendi sui, & singula sua membra. Nam naturaliter ex potestate singulorum sic in societate vitæ coeuntium resultat potestas communitatis, à communitate autem ulterius per commissionem, derivatur ad Reges, & Principes; ab his ad Officiales inferiores.

Hoc sensu dicitur potestas politica esse à Deo; non quòd potestas Principum, aut etiam Reipublicæ sit ex immediata Dei commissione, sicut potestas Summi Pontificis, ut quidam parum peritè voluerunt tueri: sed ratione institutionis naturæ socialis conscientis unum corpus politicum. Similiter potestas patris in filium, & mariti in uxorem, est à Deo mediante institutione, qua instituit procreationem liberorum, & conjugium maris, & femina. Domini in servum, est à Deo mediante auctoritate Reipublicæ, qua servitus, & herilis potestas instituta; vel interveniente cessione, cum quis libertatem suam sponte in jus alterius transfert, se illi servum, vel gratis, vel pretio constituendo.

PRÆCIPUENDI POTESTAS QUOTUPLEX.

Constat ex superioribus potestatem præcipiendi esse quadruplicem. Alia enim est divina, alia humana: & hæc, vel est Ecclesiastica, vel Politica, vel Domesticæ, quibus potest vinculum voti, vel juramenti supervenire, ita ut tenearis obedire non solum lege obedientiæ, sed etiam ex voto, vel jurando.

OBLIGATIO AD IMPLENDA PRÆCEPTA, UNDE.

Præcepta obligare pro materie, five rerum, quæ præcipiuntur, gravitate, & capacitate: communis est sententia. Quæ nisi admittatur, nulla alia superest norma discernendæ obligationis; nam confugere ad intentionem Legislatoris, est divinare; præsertim cum hæc se accommodet materie, nisi disertè aliud exprimat in lege. Confirmatur, quia præcepta divina obligant in re gravi absolute, sub mortali, etiam vel semel violentur, nec admittunt illam distinctionem, ex consuetudine, & ex infirmitate: ergo etiam humana, consequentia patet, quia præcepta humana debent imitari divina, & Deus non est minus in præcipiendo suavis, nec minus se infirmitati humane accommodat, quàm Ecclesia.

Cæterum considerationem meretur, quòd in omni potestate imperandi, quodammodo includatur potestas divina, à qua illa descendit, & omnem vim obligandi accipit; & in omni præcepto humano (loquor de justo, & legitima auctoritate factò) includitur præceptum divinum, quo præcepit Deus, ut subditi suis legitimis Superioribus obtemperent, quod præceptum est juris divini naturalis. Est enim non teneamur jure divino ad ea, quæ sunt juris humani, si per se considerentur, seu in sensu diviso; tamen supposito præcepto, vel jure humano, tenemur ad ea jure divino in sensu composito, hoc est, si considerentur, ut præcepto humano subsistant: quia jure divino jubemur implere justum Superioris præceptum, & consequenter ipsum opus materiale, quod ipse præcepit. Itaque nunquam obedimus præcepto humano, quin simul implicite obediamus præcepto divino: & nunquam violamus præceptum humanum, quin simul violemus præceptum divinum. Unde non minus violatur auctoritas divina in transgressione præcepti humani, quàm in transgressione divini: cum in humano divinum sit inclusum.

PRÆCEPTA SERVANTIBUS PROMISSIONES DIVINÆ.

EX VETERI TESTAMENTO.

Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obediit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea, & ceremonias, legisque servaverit. Gen. 22.

Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis, & terra gignet semen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra. Levit. 26.

Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.

Custodi præcepta ejus, atque mandata, quæ ego præcipio tibi, ut bene tibi sit, & filiis tuis post te, & permanas multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Deut. 4.

Custodite igitur, & facite, quæ præcepit Dominus Deus vobis. Non declinabitis, neque ad dextram, neque ad sinistram: sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vestre, ambulabitis, ut vivatis, & bene sit vobis, & protulerit dies vestri in terra possessionis vestre. Ibid. 5.

Audi, Israël, & observa, ut facias, quæ præcipit tibi Dominus, & bene tibi sit, & multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte, & melle manantem. Ibid. 6.

Scies, quia Dominus Deus tuus ipse est Rex fortis, & fidelis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his, qui custodiunt præcepta ejus in mille generationes: & reddens obedientibus se statim, ita ut disperdat eos, & ultra non differat protinus eis restituens, quod merentur. Custodi ergo præcepta, & ceremonias, atque judicia, quæ ego mando tibi hodie, ut facias. Ibid.

EX NOVO.

Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi; Quæ? Jesus autem dixit; Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ibid. 19.

Si diligitis me, mandata mea servate. Si quis diligite me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Joan. 14.

Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. Id. 15. Et in hoc scimus, quoniam cognovimus eum, qui mandata ejus non custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem servat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est. I. Joan. 2.

Omnes, qui diligit eum, & qui genuit, diligit, & qui natus est ex eo: In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata ejus faciamus. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus, & mandata ejus gravia non sunt. Ibid. 5.

EXEMPLA SCRIPTURÆ. ILLORUM, QUI PRÆCEPTA OBSERVAVUNT.

Præceptum leve adimplendum dedit Dominus primo parenti, dicens: Ex omni ligno paradisi comedite, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Malè tamen ille custodivit, & graves penas incurrit. Gen. 2. 3. 5.

Mandata Dei, licet viderant interdum esse de re parva, non tamen parva diligenter servanda sunt: quia puniuntur graviter transgressores. Unde Dominus dixit Adamo. Quicumque hora comederis de ligno scientiæ boni, & mali, mortem morieris. Quia ultra alias penas punitus est cum posteris. Gen. 2. 17.

Fecit Noe omnia, quæ mandaverat ei Dominus, idèò à diluvio salvatus est. Ibid. 6. 17.

Recepturi filii Israël mandata Dei, justè sunt sanctificati, ait Dominus ad Moysen: Vade ad populum, & sanctifica eos hodie, & cras: Unde præcepit filiis Israël, ut ponerent vitas hyacinthinas per angulos palliorum, quatenus continuum haberent memoriam cælestium mandatorum. Exod. 19. Num. 15.

Filii

Filii Israël parantes expeditionem contra Amalechitas, & Chananeos vincuntur, quia contra præceptum ascenderunt, occisi sunt. Num. 14.

Item homo, qui contra præceptum Domini in Die Sabbati collegit ligna, lapidatus est. Num. 15.

Balaam Ariolus dixit Balach regi: Nonne dixi tibi, quodcumque mihi Deus imperaret, hoc facerem? Ecce quantum reverentiam habebat homo malus ad Imperium Dei. Num. 23.

Specialem monitionem fecit Dominus Josue de meditatione, & observatione legis, quando constituit eum principem super populum. Josue 1.

Achan fumens de anathemate contra præceptum lapidatur. Josue 7.

Non pretermisit Josue de universis mandatis Domini ne verbum unum. Josue 11.

Saul signanter electus, propter transgressionem divini mandati irrevocabiler est reiectus. I. Reg. 15.

Vir Dei, quidam comedens contra præceptum Domini panem in loco sibi vetito, à leone occiditur. I. Regum 17.

Rex David instruens Salomonem filium suum post se regnaturum, dicebat: tunc proficere poteris, si custodieris mandata, quæ præcepit Dominus Moyse. I. Paralipom. 13.

Ordinatus Jojada Pontifice eduxerunt filium Regis, & imposuerunt ei diadema, dederuntque in manu ejus tenendam legem, sic constituerunt eum Regem. 2. Paralipom. 23.

Cyrus Rex Persarum gentilis, monarcha totius mundi, non verecundabatur dicere: Præcepit mihi Deus cæli, & terræ, ut edificarem ei domum in Jerusalem. I. Esdr. 1.

Conquerendo dicit Dominus, Prævaluerunt sermones Jonadab, filii Rhechab, quos præcepit filius suus, ut non biberent vinum, qui obediunt præcepto patris sui. Ego autem locutus sum ad vos, & non obedistis mihi. Jerem. 35.

Melius judicavit Susanna incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem Domini: exponens periculo vitam, & famam. Daniel 13.

Jonas deglutitur à pisce, quia contra præceptum fugerit à Cæcæ Domini. Ios. 2. 10. 3.

Judæi ab Antiocho maluerunt trucidari, quàm infringere legem Dei. I. Machab. 1.

Due mulieres delatæ sunt natos circumcidisse, quas infantibus ad ubera suspensis, cum publicè per civitatem perduxissent, per muros præcipitaverunt. 2. Mach. 6.

Eleazarus vir ætate provectus, duos corporis dolores sustinuit, tandem occisus fuit, quia carnes porcinas noluit manducare contra legem, nec etiam simulare se nullatenus manducasse. Eodem.

Propter legem Dei 7. Fratres cum matre sua gravia tormenta passi sunt Ios. Antiocho. 2. Machab. 7.

Parentes Joannis Baptistæ erant incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela. Luc. 1.

Querenti à Salvatore, quid boni faceret, ut vitam æternam haberet, responsum est à Domino. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18.

Ad observandum præcepta Domini inducunt nos alia creatura, quæ obediunt ei. 2. Reg. ult.

De bonis Angelis non est dubium, qui sunt ministri ejus facientes voluntatem, & verbum illius, ut videre licet 2. Par. 21. Psal. 102.

De Angelis verò malis, præcipiebat spiritui immundo, ut exiret ab homine. Luc. 8.

Item præcepit Soli, & non oritur. Job. 9.

Præcepit corvis, ut pasceret Eliam, & taceretur. 3. Regum 17.

Ventis, & mari imperabat Dominus, & obediebant ei. Luc. 8.

Generaliter dicit Psalmus: præceptum posuit, & non præteribit. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus. Psal. 148.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Præco. Præcones.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Præcones κηρυκται, à verbo κηρύσσειν, quod significat loqui, pronuciare. Homerus κηρυκταις Διὸς ἐξ ἀβροτάων appellat, quoniam officium illorum erat tum Deorum sacra indicere, tum etiam comitia, & conventus quoslibet alios politicos. Iidem etiam legatorum munere sungebantur.

EXEMPLA HISTORICA.

Æthalis, five Æthalides, propter eloquentiam Mercurii filius creditus, telis claruit: & fuit præco, cui quandoque inter vivos, quandoque inter mortuos esse concessum est. Valerius Flaccus l. 1. Argonaut.

Talchybius, & Eurybates præcones Agamemnonis erant, & ut Homerus inquit Iliadas a.

ὄψις αὐτῶν κηρυκται, καὶ ἄρρητὰ δεικνύοντες.

Talchybio propter fidem, integritatem, & eloquentiam post fata divini sunt honores habiti, & Sparte templum erectum, ejusque posterì Talchybiada dicti. Herod. teste lib. 8. ubi ait: Talchybio heroisram Spartanis incubuisse, & maximam fecutam pestilentiam, eo quòd Xerxis legatos terram, & aquam petentes interfecissent. Talchybio templum Spartzæ vultur cum ejus posteris, qui Talchybiada nominantur, quibus honos legationis Spartanorum semper tribuitur. Herod. l. 7. De ira Talchybio contra Spartanos propter Darii legatos malè tractatos pete ex Tit. Parna persidia ergo legatos.

Copreus, præco ab Eurytheo missus, ad abducendos Herachidas, supplices factos Atheniensibus, apud Eurypidem in Heraculis.

Epaminondæ Thebanorum copias contra Lacedæmonios ad Leudra educturo, juxta portas Præco exercitui obviam factus est, cæcum hominem, qui aufergerat, reducens: ac pro more edicens, ut nec Thebis educeretur, neque de medio tolleretur, sed abductus rursus conservaretur. Hic aversantibus augurium senioribus, Homericum illud Epaminondas fuccinuit: Unum optimum augurium est pugnare pro patria. Diod. lib. 15.

Leotychidas Spartanus ad Mycalem Joniæ classem contra Persas ducens, Præconem secum duxit, qui vocis amplitudine exercitum omnem Græcum superabat. Diod. lib. 11. c. 11.

Leus Agnufius caduceator. Vide Tit. Proditorum.

Cum Stratonicus Abderam islet ad id certamen, quod ibi erat positum, videretque singulos cives præconem privatim habentes: summis digitis pedum tantum sensim in civitate incedebat, attentèque in terram deorsum despiciebat. Interrogantibus autem hospitibus: Quenam causa fuisset mali, quod ita repente ejus pedes invasisset? hoc respondit: Omnibus ex partibus sanus sum, o hospes, multoque celerius ad cenam accurro, quàm adulatores. Sum autem anxius, magno perique timore ne præconis invadens pedem, ostendam. Athenæus l. 8. c. 7.

Archias præco fuit, qui tres Olympiades vicit, & statuam vocalitate sua meruit.

Demetrius præconum omnium vocalissimus, scriptum decretum Syracusanorum in Timolcontem mortuum in funere recitavit. Plut. in Timolcontem.

Sex. Nevius vir bonus, verum tamen non ita institutus, ut H jura societatis, & officia certi patrisfamilias nobis posset, non quod ei deesset ingenium (nam neque parum factus secuta, neque inhumanus præco est unquam existimatus) sed cum ei natura nihil melius, quàm vocem dedisset, pater nihil præter libertatem reliquisset, vocem in questum contulit: libertate usus est, quo impuniis dicax esset. Cic. pro P. Quinctio.

Vultejus Mena præco: quem cum Philippus ex præcone rusticum fecisset, pertesus laboris, & inquietudinis, nihil potius habuit, quàm ut ab eodem vitæ pristina restitueretur. Horatius lib. 1. Epist. 8.

Nero Imp. cum in omnibus urbibus certaret, in quibus fiebant certamina, quotiescumque præconio opus erat, Clubio Rufo viro consulari usus est. Dion. Niceus, & Xiphilinus.

Aruntius præco rerum venalium. Vide Tit. Amicitie politicae prudenter consulere.

De Gelliano puellam vendente, Martialis Epigrammatum lib. 6. sic scribit.

N n 2 Fame

A Fame non nimium bone puellam,
Quales in media sedent Saburra,
Vendebat modo præco Gellianus.
Parvo cum pretio diu liceret,
Dum puram cupit approbare cunctis,
Attraxit prope se manu negantem,
Et bis terque, quaterque basavit.
Quid profecerit osculo, requirit?
Sexcentos modo qui dabat, negavit.

PROCLAMARE PER PRÆCONEM.

Lapidem quandam editorem Romæ fuisse, computarium auctorum testimonio constat, unde Præcones in auctionibus res venales nunciabant. Unde M. Tullius vilissimos homunculos de lapide emptos appellat. *Erasm. in Adagiiis.*

Themistocles, proscripto agro iussit, & hoc præconem addere reliquis dotibus, quod bonum haberet vicinum. *Plut. NARRARE, RECENSERE ABSQUE PRÆCONE.*

C. Miso quidam historicus C. Marium septimum Cof. adventante à bello Mithridatico L. Sylla tradit à cena cum amicis suis ambulante, sermonem de rebus gestis suis habuisse, reducis à capite, & crebris in utramque partem viribus enarratis fortunæ suæ, non esse viri prudentis dissiile ultra se committere: inde salutatis amicis, cum dies perpetuos septem decubisset, decessisse septimo decimo septimi consulatus die. *Plut. in Mario.*

Præda.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Præda, Græcè *λῆρα*, vel *λῆρα*, *λῆρα*, prædor dicitur. Præda dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt. Manubiz verò appellata sunt pecunie, à quaestore ex venditione præda redacta. *secund. Aul. Gell. l. 13. Noct. Att. c. 23.* Dicitur autem præda, ut *Varroni placet*, à pario quasi parida, quod sit manu parca: vel dicamus à præ, quod est ante, & do, quod auferatur per vim, antequam datur à possidente.

Hinc Prædo dicitur, qui interrogatus cur aliquid possidet, dicit, quia possideo. *Vipiani. sed est, s. quod autem de petit. hæreditatis.*

DIVISIO APUD HEBRÆOS.

In lib. Numeror. cap. 31. vers. 27. bellum atrox describitur inter Israelæm, & Madianitas, in quo omnes hi caesi referuntur, ingenique præda devensit ad victores. At jubet Deus eam dividi, sic ut dimidium militi, qui pugnaverat, & dimidium his, qui ad sarcinas in castris remanserant, cederet. Quod tamen ita intellige, non quod tantum is, qui procul à belli alea abfuerant, quantum alius, qui se hosti exposuissent, cesserit: sed quod illi, qui in castris manserant, quamvis essent numero longè majori, nihilominus non plus habuerint, quam pauci illi, qui pugnaverant.

Ex eadem insuper medietate quadam Domino, & sacerdotibus oblata fuerunt. Jubebat enim Deus, ut milites ex sua medietate prædæ, dent sibi, id est, Elcazaro, & sacerdotibus unam animam, id est, unum animal, de quingentis, tam ex hominibus, quam ex bobus, asinis, & ovibus, unde cesserunt ex præda hæc sacerdotibus oves 675. boves 72. asini 61. virgines, quia illa sola ferebantur, 32. quanta autem ea præda fuerit, dicemus Titulo sequenti.

PRÆDÆ POSSESSIO, APUD

ALIAS GENTES.

Putat, quibus competat.

Lex Bellica est, ut aqua præda fors fit eunti ad bellum, & manenti ad sarcinas, quæ à Davide sancita est. *1. Reg. 30. v. 24.* verum ea intelligenda est de illis, qui æque aleam belli experiantur, & periculum subeunt, ut cum v. g. una pars exercitus robustior vadit ad bellum, ut prælium ineat cum hoste, altera manet in castris ad impedimenta, & sarcinas, ibique insulsum hostium expectat.

Eadem lege capta bello iusto cuiusvisque tandem antè fuerint, sunt victoris: idque lege non naturalis, sed positiva multarum gentium, quam in Hispania ferevi docet Abulen- sis, & Covarruvias.

Eandem etiam in Belgio obtinere volunt, ut præda ab hoste abacta, eique excussa cedat excussoribus, dummodo illo spatio 24. horarum fuerit in manu hostium.

Alibi volunt obtinere, ut Principi, & Ducibus castrorum detur electio ex universa præda: verum apud liberales gentes id foret iniquum: cum quis ex corona pugnantium victoriam intendat, & prædam, atque ob hæc periculis se exponat, & certamini committat.

PRÆDA CONSIDERATA SECUNDUM

OPULENTIAM.

Putat. Qui divite, & opulenta præda ab hoste potius?

Præda per se hujus est loci, quia opulentiam bello partem significat. Quod si cum, cui eripitur, consideres, ad Paupertatis locum: si ejus, qui eripit, avaritiam, vel insipientiam, ad Persidiam, & Avaritiam locos releganda erit. Proinde considerandi erunt Tit. Fidei, vel Persidie in præda. Huc quoque confer Tit. Triumphorum, quatenus in pompa triumphi, præda præfertur. Item Tit. Ab hostibus in servitutem abducti, quandoquidem Mancipia in præda censum veniunt. Item spoliolum, quæ objectam opulentiam hujus sunt loci: at præpter honorem, alterius.

Præda proprie corpora rerum captarum significat. Manubiz verò pecuniam per quam florem populi Rom. ex præda vendita contracta. *Gell. l. 13. c. 23.*

Phinees Eleazari Pontificis F. à Moysse dux contra Madianitas, duodecim millibus præfectus, eos ad interuentionem caecidit, & prædam maximam abduxit. Capta enim fuere, præter ea, quæ milites diripuerunt, balantum sexcenta septuaginta quinque millia, boum 72000. asinorum 61000. virginum autem veneris expertim (nam feminas reliquit, ut quæ Israelitas ad foratationem, & idololatram pellexissent, Moyses interficere curat, unâ cum maribus impuberibus) 2000. Prædam omnem dividit in duas partes. Dimidium dedit militibus, & ex ea animal unum semper Domino è quingentis tribuit. Dimidium dedit reliquis Israelitis, qui non pugnaverant, & ex ea 50. quemque tum hominum, tum pecorum Domino assignavit, & Levitis tradidit. Duces verò, & tribuni militum cum neminem in tanta clade è suis desiderarent, sponte sua Domino munera ex his, quæ cuique suppederent, quaque in direptione obtinuerant, armillas, torques, manes obtulerunt. Auri igitur hujus exceptum summa fuit scelerum 16750. quod Moyses, & Eleazarus Pontifex tabernaculo intulerunt ad perpetuum rei memoriam. *Num. 31.*

Rubenitas, & Gaditas Agarenos debellarunt, divino auxilio implorato, & prædam abegerunt camelorum 50. millia, ovium, & caprarum 250. millia, aliorum duo millia, hominum centum millia, multis in prælo caelis. *1. Paralip. 5.*

Holoserne caelo, & profligatis Assyriis, Israelitis 30. dies in castris diripiendis consumperunt, & ingenti præda potiti sunt. Judith, cuius affu caesus fuit Holoserne, tabernaculum Holoserne cum omni suppellectile concesserunt. *Judith. c. 16.*

Cyrus Persarum rex devicta Asia, pondo 34. millia invenit, præter vasa aurea, aurumque factum, & in eo solia, & capta- num, vitæque. Quæ victoria argenti quinque millia talentorum reportavit, & craterem Semiramidis, cuius pondus quingentis talenta colligebat. Talentum autem Ægyptium pondo 80. capere, *Varro tradit. Plin. lib. 33. c. 3.*

Post victoriam è Persis ad Plateas adeptam, Græci exercitus Imperator Paulanias, Lacedæmoniorum rex, edicto proposito, ne quis de præda, quid tangeret, iussit servos omnem comportare pecuniam. Illi per castra Persarum inveniunt tentoria auro, & argento referta, lectosque auro, & argento con- stratos: crateras etiam aureas, phialasque, necnon sacros super plaustra, interlucubentibus in suis incluis ex auro, & argento lebetibus. Quinctiam è cesorum cadaveribus auferabant armillas, & torques, & acinaces aureos. Varii generis vestimenta nullius momenti habebant. Ex ea præda non pauca furto subtrahentes servi, Æginetis venundabant: quæ occultare non poterant, representabant. Unde principium exitit ingentium divitiarum Æginetis, utpote aurum à servis pro ere mercantibus. Collata pecunia decimam Græci selegerunt, ex qua tum Deo, qui Delphis est, tripus aureus repositus est, insitens super tricripti ex ere colubro, proxime ad aram: tum Deo, qui est in Olympia, Jupiter greus decem cubitorum tum Deo, qui est apud Isthmum, Neptunus greus septem cubitorum. Hæc parte selecta, cæteras inter se distribuunt, pro suo quisque merito accipientes. Itemque pallaces Persarum, & aurum, argentum, & reliquam pecuniam cum juven- tis. *Herod. lib. 9.*

Dario victo, Alexander Magnus regiam Persarum Perse- polim ingressus, thesauros, qui ibi servabantur, accepit. In eos à Cyro primo rege Persarum usque ad ea tempora publici reddidit semper congesti fuerant, ut argenti, & auri magnam vim continerent. Invenit sanè Alexander auro ad argenti rationem reducto, centum & viginti millia talentorum: cuius sum- me partem fecit ad belli usus portare, partem Sufæ mittere, ut ea in urbe custodiretur, statuer. Itaque ex Babylone, & tota

Meso

Mesopotamia, & Susis mulos, qui & dorfuarii, & jugales esse sent, quam plurimos, & camelos ad tria millia adduci imperavit. Hacjumentorum multitudine totam pecuniam, quod decreverat, comportari fecit. In summa, accepit à custodi- bus thesauri regio octo millium talentorum numerum: ex mi- litibus Darii tum pecuniam, tum ornamenta, & pocula, quæ tredecim millia talentorum confecerunt. Suppressa, & ablata totidem, & amplius fuisse existimatum est. Susis positus, qua- draginta millia talentum argenti signati invenit: præterea in- strumentum regium aliud, & res pretiosas innumerabiles.

Ubi etiam purpuræ Hermionice quinque millia talentorum nar- rat inventa, annos servatæ decem minus ducentos, quæ flo- rem recentem adhuc, ac novitium retineret: cuius ferunt causam esse, quod puniceorum insectura melle perfecta fuerit, & candido oleo candidiorum: quippe horum in pari ætate splendorem integrum, & fulgentem conspici. Ad hæc ex Ni- so, & Istro haulum inter cætera Dinon memorat solemne fuisse, ut afferri imperaret, atque in thesaurum reconde- rent Reges, tanquam in pignus imperii, & rerum se dominos esse. Persepolis reperit argenti parem, ac Susis summam, Re- liquum instrumentum Regium, & opes, decem millibus ju- gorum mularum, & quinque millibus camelorum egesta.

Milites vasa immenti preii dolabris inter se partitos conitit. *Plut. in Alex. Curtius. Diol. l. 17. Sab. l. 5. En. 4.* De eo sic *Strabo. l. 15.* Victo Dario ab Alexandro Magno, tradunt, in Persia, & Susis inventa fuisse talentorum XL. millia. Sunt qui dicunt L. Nonnulli omnia undique Ecbaena comportata di- cunt fuisse c. & LXXX. millia talentorum LXX. millia verò, quæ cum Dario è Media fugiente exportata sunt, ab is direpta, qui eum occidit.

In Epistola ad Alexandrum Parmenio, posteaquam cepit Damalcum, impedimentis que Darii est potius, connumerat prædam, & inter cætera hæc etiam scribit: Musicas pellices Regis trecentas inveni, ac viginti novem: Quadrantina, & sex viros coronatum compositores, obsoniorum artifices ducentos, & septuaginta septem, figulos ollarum viginti, & novem, facti artifices tredecim, sexdecimque potionum temperato- res, septuaginta verò quibus vinctura demandata erat, un- guentarios quadrantina. *Athen. l. 12. c. 30.*

Ptolæmus Everetes, tertius Ægypti Rex, ulturus mortem Berenices fororis à Laodice pellice interceptæ, Seleucum Callinicum, qui cum matre Laodice regnabat in Syria, vicit, Syriam, Ciliciam, superioreque partes trans Euphratem, & propædum universam Asiam cepit. Cumque audisset in Ægypto seditionem moveri, diripiens Asiam, quadrantina millia talentorum argenti tulit, & vasa pretiosa, simulacraque Deorum duo millia quingenta: in quibus erant & illa, quæ Cambises capta Ægypto in Persas portaverat. *Hieronym. in Danieli. cap. 11.*

Lysander Lacedæmonius captis Athenis, Lacedæmonem profectus, ornamenta captarum navium, & aureas coronas, aliaque amplissima munera, quæ à civitatibus, & insulis victor dono acceperat, præ se tulit, pecuniam ad id ingentem: *Xenophon* quadringenta septuaginta argenti talenta fuisse prodidit. *Plutarch. hujus auctor est*, ante suum reditum, per Gylippum, qui in Sicilia paucis ante annis Athenenses vicerat, domum ab Lysandro missam. Qui sacculus haud resignare ausus, ne consulis signis manifestè pecculatus convinceretur, latrare dissi- lit, atque ex singulis parte alia dempta, multa diligentia re- fectit. Id sursum præter chirographum, quo significabatur, quantum pecuniarum in singulis esset, servi quoque indicio est proditum. Prædæ cabat ille flagiti conscientis sub herili ter- cto plurimas notatas cubare: siquidem Athenenses per id tempus notata figura pecuniam obligabant: eo id credo, quia id volere Minerva esse sacrum. Constitutis sibi sceleris conscientis Gylippus voluntarium exilium. Difficilis inde con- sultatio tenet, in argentum solvi disciplinam, cum ad id tem- pus nec tantum Lacedæmonem Spartatarum civitas usa: quod vetus, nec tantum Lacedæmonem, Plutarch. credit, quoniam pleri- qui oboli postea mutata litera fuit nuncupati. Lysandri am- cis amittentibus, pecunia publice recepta est, capitalique lege cautum, si quis auro, argentumve privatus pollideret. *Sab. lib. 9. En. 3.*

Daz pop. Aliz olim longis itineribus per Hyrcaniam, & Isaxam, & Parthorum campis excurrere solebant. Hi vero tributum illis ex pacto pendebant. Id erat: permittere, ut ita- tis temporibus regionem excurrerent, atque prædam agerent. *Strab. l. 11.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Himilco Carthaginensium Dux, capta Agrigento in Sici- lia, spoliatis templis, & domibus, tantum prædæ, spoliorum- que inde contraxit, quantum credibile est urbem ducentis millibus mortalium habitatam fuisse, quæ scilicet ab ipsa pri- ma sui origine, ex quo condita constitit, intaictis opibus, in- columi re nihil injuriz hostilis, nihil violentie bellicæ ex- perta, sed perpetuo rerum omnium incremento, successuque adeo prædæ colluerat, ut Græcas urbes prope cæteras om- nes opulencia, divitiisque superasse existimaretur, civibus summo studio in omnem operum splendorem incumbenti- bus. Picturarum, signorum, statuarum speciosissima quæque Carthaginem missa fuere. In quibus & Phalaridis taurum translatum ferunt. Reliquam suppellectilem omnem cum spoliis, cæterisque rebus, & corporibus sub hasta vendi iussit. Scipio Africanus ducentis sexaginta ferme annis post hujus urbis everisionem, Carthaginem per vim expugnavit. Inter cætera, quæ apud Carthaginem, ex his spoliis reperta Agrigentinis restituit, hunc ipsum taurum restitutum Annales tradunt Agri- gentinorum. *Diad. lib. 13.*

Saguntis excidio Annibal exercitum suum ditavit ingenti præda. Pretiosa munera ex spoliis Saguntinorum Charthaginem misit, quibus sibi primarios obligavit cives, paratiore- que reddidit ad futurum bellum, quod cum populo Romano, non in Hispania, ut multi arbitrabantur, sed in Italia sibi erat in animo gerere. *Auctor vitæ Annibalis.*

L. Pappyrus Cursor de Sammitibus omnium ordinum consensu triumphavit. Præda ante curram præter hostium spo- lia aris vicies centum millia, auri tria, & triginta millia: at- que omnia in ararium, non sine militum indignatione, quod præda fraudarentur, illata. Consul adem Quirini dedica- vit. Eam ipse, an pater voverit, parum constat: templum ipsum, forum, cæteraque urbis loca sacra, & profana exor- navit ex hostium spoliis: quorum tanta fuit copia, ut colo- nis, focisque finitimis in hunc usum ex urbe transmissa sunt. *Sab. l. 7. En. 4.*

Syracusa civitas est in Sicilia, vetusta fama, & opibus in- gentibus. Hanc obsedit per triennium M. Marcellus, tandem expugnavit: tantumque ex ea prædæ gustum est, quantum vix capta Carthagine, quæ tum maxime florebat, paribusque cum populo Romano viribus contendebat, fuisse. *L. Vives in C. Aug. de civ. Dei, lib. 1. c. 6.*

M. Ful. Nobilior Ætolos superavit: quibus ovans urbem ingressus, triumphansque, multa argenti, ac auri pondera in ararium intulit, præter signa, tabulasque pictas, quas abstulit. *Volat. l. 16. Antrop.*

E Carthagine terrarum annula P. Scipio Africanus, quater millics cccclxxx. argenti pondo transtulit Romam in triumpho. Deleta Numantia in triumpho militibus xvii. millia pondo dedit. Moriens ipse libras 32. tantum hæredi reliquit. *Plin. l. 33. c. 11.*

L. Corn. Lentulus proconsul tulit ex præda XLIII. millia pondo auri, LXXX. militibus ex præda cxx. asses virtum divi- dit. *Livius lib. 41.*

L. Paulus Æmilius, subacta Macedonia, tantum pecu- niæ in ararium intulit, ut deinceps censum pendere Romani desierint, usque ad Hircii, & Panse consulatum, qui consules primo Antonii, & Casaris bello fuere. *Plut. in Paulo.*

Tertio triumpho, quem de Piratis, Asia, & Ponto, M. Pifo- ne, M. Messala Cof. pridie Calen. Octobris, die natalis sui. Cn. H. Pompejus Magnus egit, transtulit alveum cum athenis lufu- ro, & gemmis duabus, latum pedes res, longum pedes qua- tuor: & ne quis de ea re dubitet, nulla gemmarum magnitudo hodie prope per hanc amplitudinem accedente, in eo fuit luna aurea pondo xxx. lectos tricliniaries tres, vasa ex au- ro, & gemmis abacorum novem. Signa auro tria, Minerve, Martis, & Apollinis. Coronas ex margaritis triginta tres. Montem aureum quadratum cum cervis, & leonibus, argenti omnis generis, circumdata vite aurea. Muscum Jovi primus ex margaritis. Myrrhina sex pocula Capitolino Jovi primus ex co triumpho dicavit. Republicæ datum mille talentum, co triumpho dicavit. Republicæ datum mille talentum, bina millia, commilitibus singulis quinquaginta. *Plin. l. 37. c. 2.*

L. Lucullus per Bithyniam, & Galatiam in regnum Michri- datis invasit. In principio laboravit, usque eo difficultate ne- cessariorum, ut xxx. millia Gallorum sequerentur ca- tra, qui mediis singulos frumenti humeris portabant. Pro- gressus vero omnia subjugando ad affluentiam evasit tantam, Nn 3 ut

ut bos in exercitu drachma, mancipium quatuor esse venale: A carcerem prædam nullo respectu alii relinquerent, alii corrumperent, quippe distrahere prædam, omnibus abundantibus, nulli valebat. Capta Tigranocerta, urbem militibus dedit diripiendam. In qua cum reliqua opulenta octo millia talentum pecunie signata inventa. Ocingentas drachmas in singulos de præda divisit. Cum repertos in urbe accepisset multos fenices, quos undequaque conquiescit Tigranes dedicaturus theatrum, quod extruxerat, his ad ludos, & spectacula triumphalia est usus. *Plut. in Lucullo.* Occiderat Tigranes Zarbienum Gordianorum Regem cum uxore, & filiis, quia indicio compersisset, eum cum Romanis societatem initurum. Ejus funus postea Lucullus regali celebravit apparatu, ornavitque, & tumulum Ispolis ex Tigrae captis. Zarbieni thesauri non mediocriter ditantur Romanos. Reperti sunt in ejus horreis trecies centum millia modiorum tritici. *Sab. lib. 4. En. 6.*

Templo Hierosolymitano capto, & incenso, Romani milites usque adeo præda fatiati sunt universi, ut in Syria dimidio, quam pridem fuerat, pretio pondus auri veniret. *Jos. lib. 7. c. 13. belli jud.*

Alexander Severus Imp. fuso, fugatoque Artaxerxe potentissimo Rege (qui cum septingentis elephantis, falcatisque curribus mille, & octingentis, ad bellum venerat, equitum multis millibus) statim Antiochiam rediit: & de præda, quam Peris abstulit, suam ditavit exercitum. *Lampridius.*

Advocatus ab Audoxia Augusta Genetricis Vandalorum Rex ad Maximam tollendum, cccm. Vandalorum, cm. Maurorum clasie, Romam cursum intendit, camque ab incolis præ metu desertam occupavit. Ita post annum 43. cum ab Alarico Gotho capta, ac spoliata fuerat, iterum à Vandalis occupata, ac fœdissima populatione vastata est. Neque enim privatas, ac profanas solum opes abegerunt, sed sacram etiam suppellectilem, solido auro, atque argento, & lapidibus preciosis ad augmentum templorum ornamenta constantem, cui pepererat Alaricus, eriperunt. Inter quæ aurea, atque argentea magni ponderis vasa, quæ Titus Hierosolymis quondam attulerat, aportata. Quinetiam omnia Augustalia ornamenta, & si qua erant antequæ urbis decora, ablata, ex quibus Jovis Capitolini tegularum ex ære auratarum pars dimidia, ac statua pleræque, quæ egregii operis erant, avectæ. *Signon. lib. 14. Imp. occid.*

Eo prælio, quo ad Tricarum in Africa Belisarius Gillemer Vandulum vicit, tanta in castris pecunia est inventa, quanta nunquam antea fuerat visa, ut quæ ex despoliatis Romanorum provinciis per nonagintaque annos fuerat à Vandalis coarcevata. *Signon. lib. 17. Imp. occid.*

Saraceni cum intellexissent, in Siciliam prædam de Roma spoliata à Constante Imp. esse reductam, magna classe Alexandria solventes, Syraculis occupatis, Romane urbis ornamenta intercepta secum Alexandriam avererunt, sub Constantino Pogonato. Ann. Dom. 672. *Siebert. in Chron. Paul. Dinc. lib. 5. c. 6. de gestis Longobardorum.*

Cum Carolus Magnus Budam veterem, quam Sicambriam prius appellabant, ubi erat aula Chabæ, seu Cacan Regis Avarum, sive Hunnorum, sive Ungarorum cepisset: Chabas in vincula coniectus, sibi mortem conscivit, & Carolus privatas opes militibus distribuit: thesauros verò Chabæ, ab Hunnis per multos annos spoliatione plurimarum gentium collectos, sibi adscripsit: atque ita Franci, qui hætenus pauperes

D fuerant, facti sunt hæc præda opulentissimi: & Pannonia ad Romanum Principem reducita est, paucis ex Francorum exercitu desideratis, sed Hunnorum nobilitate propemodum protus deleta. Per Syrium, seu Sabariam, trajecto Danubio per Daciæ, & Jazyges, & Metanastas ad insulam cum classe rediit, in quam Ungari cum liberis, & uxoribus confugerant, & per triduum oppugnata cepit, ann. Dom. 791. & 792. *Regino lib. 2. Sieb. Adon. et. et. sexta, Bonfin. Deca. 1. lib. 9. rer. Ang. Saxon. Crantz. lib. 2. c. 6. Ann. Franc. Blondus Deca. 2. lib. 1. Ursperg. et. Antonin. Tit. 14. c. 2. Henr. de Erphordia c. 69.*

Præda ex urbe Constantinopolitana à Mahometo II. Turcarum Imp. capta, quibusdam quater millies millibus ducatis aestimata est. Externi tantum mercatores Veneti damnnum passi sunt 50000. Genuenses 20000. Florentini 20000. Anconitani 15000. ducatorum. *Chalcondylas lib. 8.*

Victo Bela Rege Ungariæ ad Taylam Austriæ fl. Orthocarus Boemorum Rex tantum auri ex præda nactus est, ut aureum deinceps pro argenteo abacum sibi ad mensam instruxerit, aureosque calices ad aras, & aurea thuribula faciendi cura-

verit: tantum præterea manubiatur, ut præter donativum militibus affluenter dilargitur, tam larga adhuc ex illis pervenerit pecunia, ut inde nobile, atque opulentum in Boemia cœnobium, quod Regiam Coronam vocari voluit, conderet. Ac mox in Moravia advesus Hungaros munitionum oppidum, quod ab ipsa munitione *Hadassien* appellant, à fundamentis erexit. *Dubravus lib. 17.*

Ungari jussu Regis Vladislai supra Synderoviam, quam Turcæ tenebant, ductu Pauli Kimifi, ad dies quindecim per centum millia passuum, ferro, ignique omnia vastantes, tantum præda coarceverunt, ut nec jumenta, nec currus ad eam revehendam ulli sufficerent. In castris quinque boves aureo nummo veniebant: eodemque pretio hordei, & avenæ tantum, quantum quatuor equis per annum alendis satis fuisse. Matre cum quatuor puellis duodeviginti nummis vendita est. Qui sine stipendio militabant, prædam in commune conferre non erant coacti. Paulus ultra progredi, & latius populationis circumferre terrorem cupienti, prædicti restiterunt. Turcæ adeo perculli metu erant, ut pratioriana cohortes Constantinopoli in Asiam repente trajecterent, Imperatorem in Ægypto absente. Quod si milites Paulum audissent, potuisset facile Constantinopolim usque populatio perducere. *Bonfin. lib. 4. Dec. 5.*

Gim Vladislaius Boemix, & Ungariæ Rex, Joannem Matthei Corvini, cui successerat nothum, acie vicisset, castraque cepisset, superlex preciosa à militibus, quibus præda concessa erat, ut cupidinis pugnarent, varie distracta fuit, adeoque vili pretio dividenda, ut unus orbis argenteus uno aureo nummo permutteretur: lans, pelvis, trulla, phiala etiam inaurata, carissimè decem aureis numis redimebatur. *Dubrav. lib. 31.*

Carol. V. Imp. vidit Germanis, sup. xvi. centena millia auroreum à Principibus, atque Civitatibus, tum Catholicis, tum hæreticis consecutus dicitur, & ad tormenta quingenta in Italiam, & Hispaniam transecta.

* QUOAD USUM.

Putat. Præda, vel ejus portio, sacro vel divino cultui mancipata.

AB ETHNICIS.

Palæstini arma Saulis Regis interfecti à se in æde Astaroth suspendunt. *1. Reg. 31. vers. 30.* Fuitque id quibusvis penè Gentibus usitatum, ut victoriam Diis suis acceptam referrent, & idcirco hostium manubias, armaque illis dedicarent.

Aristomanes in ea pugna, quam contra Laones feliciter gessit, partaque victoria cum Delphos venisset, scutum, quod in prælio amiserat, ibidem reperit, ac rursus eodem in templo dedicavit. Hoc scutum vidisse se scribit *Pausan. in Messeniis.*

Leocritus Atheniensis, cum Præcum oppidum cum suis primus oppugnasset, & simul expugnasset, clypeum suum solenni ritu Jovi Liberatori dedicavit, cum inscriptione nominis, & præclari facinoris. *Pausan. lib. 1.*

Ita & Gentiles quondam religionis impulsu, sæpè in bello de manubiis decimas voverunt, & reddiderunt, id à Posthumio factum est obenta belli latini victoria. Necnon ab aliis Romanorum ducibus, uti narrat *Dionysius Halicarnass. lib. 6. Livius, et. alii.*

Et Xenophon in Cyro lib. 5. Hic etiam, inquit, pecuniam de Hæc captivis collectam partiti, eamque quam decimæ nomine, aut Apollini, aut Ephæsiæ Dianæ voverant, consecrandam Prætores accepterunt.

Idem in Agefilao: Hostium, ait, ita fructus agro est, ut duobus annis centum talenta, & amplius, Deo apud Delphos decimam dedicaret.

* FIDELIBUS VET. TESTAM.

Diximus Titulo superiore, quomodo certam portionem spoliatorum, quæ Hebræi tulerant de Madianitis Sacerdotibus, Deoque dedicaverint, magnamque auri vim intulerint Eleazar, & Sacerdotes in Tabernaculum. Quippe omne aurum, & vasa aurea, quæ consecuti ab hoste fuerant, Deo obtulerunt. Tum ut ostenderent se gratos Deo victoriæ largitoris, cum ne quidem unus ex tanta multitudine desideraretur: tum urbis donariis Deum placarent. *Num. c. 31.*

David gladium Goliath, quo ipsummet capite truncaverat, Deo dedicavit, eumque in Dei tabernaculo suspendit. *1. Reg. cap. 21.*

NOVI TESTAMENTI.

A Angli calcaria aurea Francorum in Cortracensi prælio caesorum, Contraci in templo suspendere. *Emil. lib. 6.*

Phocas Imp. Tarso, & Mopvestia urbibus Agarenorum captis, Constantinopolim reversus portas æurum secum duxit, Deoque quasi sue expeditionis primitias tribuens, in S. Sophia templo dedicavit.

Joannes Columna Cardinalis, ab Honorio Pontifice Christiani exercitus, & ingens classis Legatus, in Ægypto Helipolim validissimam urbem expugnavit, & victor ex ancipiti prælio sacrum Romam trophæum detulit, columnam scilicet, in qua Christus deligatus, & flagris cæsus fuit, quam in S. Prædicti templo Deo, in spoliis pretio omni pretiosius, crexit. *P. Jovius in pompa Columnæ.*

Denique Titus Imp. admiratus munitiones Hierosolymæ, videntique eas se superatas, dixit: Planè Deo adjuvante pugnavimus. *Jos. lib. 7. belli c. 16.* Quin & coronari noluit, dicens, Deo victoria hujus coronam debere. Audi *Pbiloftratum 1. 6. de vita Apollonii:* Finitima gentes ob victoriam coronare ipsum voluerunt: ille verò se tali honore indignum esse respondit: non enim te talium operum auctorem, sed Deo contra Judæos iracundiam demonstranti manus suas præbuisse.

Vexilla, quæ devictis Cremonensibus Brixiani reportarunt, in Cathedrali iporum Ecclesia in perpetuum rei memoriam suspensa leguntur apud *Bergomensem 1. 12.*

Merito laudantur à *Paulo Jovio Hist. 1. 11.* Helvetii, inter quos in primis commendatur Jordani Utervaldii immanis & prope ætera virtus, qui consensu multorum supra viginti hostes halabarda confectis, & certa laudis præmia tulit, in memorabilis pugna, & victoria, contra Gallos, propè Novariam, propugnans Maximilianum Sfortiam, quod à victoribus, in tanta hostium strage edita, ad prædam discursum non fit. Quanamque pretiosa superlex Ducum, & cuncta opulenti exercitus impedimenta, multorum animos allicerent. Viri enim, inquit, patriæ disciplinæ memores, quod neminem armatum in acie vim capere, nec vertentem terga insequi liceret, medio in campo conferti ordinibus, in multam diem immoti consistenter, ne Galli equites, aut Ducum astu, aut suo pudore concitati, regrederentur, & spoliandis cadaveribus C occupatos opprimerent.

Eodem more etiam hodie vexilla, & Labara hostium à victoribus in Templis suspenduntur, prout nuper iussu Sereniss. Isabella Hispaniarum Infantis, factum fuit, fusa, & pro magna parte casta colluvie perditorum, & rebellium Casares Majestatis, quam in Brabantiam ducibat Manfredinus. Siquidem ubi Gonfalsius de Corduba, qui Catholicis Regis partes tuebatur; factis inceptis in illos irruisset, multoque excidisset, lætisque successu nuntia cum Vexillis, & Labaris aliquot ab hoste acceptis, ad Sereniss. Infantem Bruxellam deferri curasset, illa octius in D. Gudulæ Ecclesia, Deo gratiarum cantica perfolvi, & vexilla ad se delata augustissimo Eucharistiæ sacramento, quod ea in urbe miraculis coruscant, dicari imperavit.

PRÆDAM, SPOLIA CONTEMNERE,

RELINQUERE.

Abraham Patriarcha parta de Regibus Pentapolis victoria, ingentique potius præda, quam ab hostibus exculserat, nihil de ea accipere sibi voluit, nevilissimum quidem à filo subtegemis usque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, dicebat Regi Sodomorum, postquam is ei dixisset, da mihi animas, id est, civis, & subitos meos, quos exculisti: cætera tolle tibi. Noluit enim quiddam accipere Abraham, ne lucrî gratia putaretur pugnasse: cum se solum ex charitate id fecisset, ut Loth, & hominum divitis, & denique erant ea bona amicorum, & pauperum, quæ nulli reliquerit, quam ex illis ditari. *Genes. c. 14.*

Themistocles, cum aliquando ad mare visendi cadavera gratia accessisset, ac torques, armillasque passim disjectas videret, ipse quidem præterit, sed amico, qui sequebatur, dixit: Collige tu tibi, nam tu Themistocles non es. Nec tam obvia quidem præda commoveri potuit, ut quicquam ageret indignum egregio duce, cui gloria debet esse satis magnum virtutis premium. *Plut. in vita Themistocles.*

Alexander, cum in Arbelis de eorum summa periclitatus esset, confiditur cum mille hominum millibus ad pugnam Deo instructis, adierunt illum milites aliquot ipsi benevolentis, deferrebantque cæteros, quod in castris inter se miscerent. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

sermones, conspirentque ne quid præda in regium tentorium deportarent, sed ipsi totum in suum veterem lucrum. E His auditis, subrisit Alexander: Falla, inquit nuntiatiss. Si quidem audio sermones virorum ad vincendum, non ad fugiendum animatorum. Nec illum fecellit divitiatio, plurimi namque milites Regem adire, dicentes: Bono animo efvo Rex, neque metus hostium multitudinem, qui ne pulverem quidem nostrum ferre poterunt. *Plut.*

Annibal, profugus apud Antiochum Regem agebat. Is ostendit illi suum exercitum barbarico apparatu magnificè instructum, sed ad prædam magis, quam ad bellum. Hæc omnia cum diligenter esset contemplatus Annibal, rogavit Antiochus: num hæc omnia satis essent futura Romanis. Tum Annibal: Planè satis arbitror, etiam avarissimi sint Romani. Lustræ Pœnus ab inexpectato. Rex de prælio sciscitabat, iste respondit de præda. Quid enim aliud est miles imbellis, auro, argento, cæterisque rebus ad prædam invitantibus instructus? *Plut.*

Ferunt, ut post alios historicos *Plinius de vir. illust. c. 33.* scriptum reliquit, M. Curium Dentatum, cum interversæ pecunie argueretur, cadum ligneum, quo uti ad sacrificia confueverat, in medium protulisse, invasissetque, se nihil amplius de præda hostili in decum suam convertisset, cum tamen in Senatu ita dixisset: Tantum agri cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem: tantum porro hominum cepi, ut fame periturus fuerim; nisi tantum agri cepissem.

Hunc imitatus est L. Paulus Æmilius. Is enim cum Perseo potentissimo Rege Macedonia devicto, Macedonicis opibus veterem, ac hæreditariam urbem pauperatam fatiasset, penates autem suos nulla ex parte locupletiores fecisset: præclarè secum actum existimavit, quod ex illa victoria alii pecuniam, ipse patriæ salutem, & gloriam sibi parasset. *Valer. Max. lib. 4. cap. 3.*

Eadem de Catone perhibentur. Is enim cum Hispaniam ceteriorem, & in hæc quadringentas urbes cepisset: de præda, quæ fuit ingens, ad se nihil redidisse, asseravit, nisi quæ edidit, & bibent. Neque enim, inquit, apud Plutarchum culpo eos, qui bello rem facere student, ipse cum optimis de virtute, quam de pecunia cum distissimam, aut avaritiam cum avarissimam contendere malo.

Quin etiam ob hæc rem *Amiannus Marcellinus lib. 24.* Julianum Imperatorem celebrat. Divisa, inquit, perennis meritis, & laboribus præda, ipse ut erat parvo contentus, mutum puerum oblatum sibi suscepit gesticularium, multa quæ calcabat nutibus venustissimam explicantem, & tribus aureis nummis, partæ victoriæ præmium jucundum, ut existimabat, & gratum.

Eodem modo, ut ad exempla recentiora perveniam us, appareat ex oratione Tamberlanis Tartarorum Principis potentissimi, quam ad captum Bajazetem Turcarum Tyrannum habuit, cum tam barbarum non fuisse, quin magis gloriam, quam spoliis scctatus sit: cum præsertim *Justin. Historicum lib. 3. de Scythis* scribat, eos victores præter gloriam nihil concupiscere. Ita enim captivum suum, muliebriter adversam sortem deplorantem, inter alia compellat: Valeat aurum, valeant universa spolia, magne divitiæ tuæ undecumque collectæ, quando obest gloria, quam quidem expetebam.

Imitatus est autem forsitan Tamberlanes Paulum Æmilium. Cum enim Perseus Rex captus coram eo in faciem concideret, manibusque genua Æmilii tangeret, voceque, & deprecationes homines ingenio indignas proferret, eas ne audire quidem dignatus Æmilius, tristi eum vultu in hæc verba compellavit: Quid, o miser, hæc agis, quibus crimine tuarum calamitatum fortunam liberat, & ostendis, non immerito tibi hæc accidisse, teque non præfenti, sed prior conditione indignum fuisse. Quid victoriæ meæ laudem immis, demonstrantes non alti animi virum, neque indignum fuisse, quem Romani adversarium suum habent? Virtus profecto hominis adversa patientis etiam apud hostes magnam sui veterandiam excitat; timiditatem, etiam fortis fortunata sit, Romani in honestam sentent, &c. *Plut. in vita Pauli Æmilii.*

Id etiam videre licet ex oratione Imperator. Turcorum Solimanni, quam capta Rhodo ad Philippum Valerium Magnam Magistrum habuit. Ita enim illum, postquam Babba, hoc est, patrem appellasset, licet fidei, allocutus est: Magne mihi lætitiæ est, quod te Deus monuerit, ut aliquando pacem, quam bellum malles. Atque hoc urinam tibi à principio placuisset, Nn 4

cuisset, profectò à summa, potentissimaque majestate mea, A ad hoc tempus, plura bona accepisses, quam mala per-

Verum omiſſis his, & aliis historiis, præ cæteris memora- B bilior illa vita est, quam M. Antonius Muretus in sua ora-

In quodam cum Turcis conflictu fuit eques quidam Ger- C manus, Sebastianus de Fleckenstein, nobilitate, reque militari

Probus Augustus cum se erga Tribunos, Centuriones, mi- D lites gessit, ut in plurimis victoriis, præter tela, & arma, nihil

Hæc transferantur plura ex loco de Liberalitate. Titul. Liberalitas EN AHEYU, quatenus non capit, ubi

riis reposita, partim è tholis pendencia propagent in omne E tempus memoria nostri, posterisque nostris ad suscipien-

non frustra Sorantius, & post cum Thuanus, inter causas quo minus præclarissimam victoriam contra Mahometem, ad

Imprimis autem ita de Germanis scribit Tacitus l. 1. Ann. Romanos ab Herminio propè victos, juxta hostium aviditas, B omnia cæde, prædam sectantur; ubi Commentator Annibal

Cæterum victorias egregias, spe, & aviditate intempèstivæ prædam amissas, & militari stratagemate, victores victos esse

Referat quoque Colleenicus La rer. Neapolit. Nobiliff. Principem Conradinum, ultimum Ducent Sueviæ, à Carolo An-

PRÆDAM ABIICERE, NEGLIGERE.

Vide in loco de Militibus. Ubi de exercitu tuendo contra vim hostium, &c. Tit. celeritate elabi, prædam abiiciendo, &c. Item Consule Titul. de Divitiis. Titul. Divitiarum acquisitione nulla.

PRÆDÆ CUPIDITAS NOXIA, ET PERICULOSA.

Qui ad prædam non planè eversa hostium fortuna, se confert, non miles bonus est, sed calo, quem uti mancipium cui-

PRÆDA. PRÆDESTINATIO.

de inhiant, atque ita plenam victoriam obtinere nequeunt, A hi, ut de summa rerum periclitentur. Multis hoc accidit, ut licet facti sint voti compotes, & vel in castra hostium ir-

Non frustra Sorantius, & post cum Thuanus, inter causas quo minus præclarissimam victoriam contra Mahometem, ad Agriam, numerosissimo exercitu instructum, Christiani, & opum cupiditatem, ubi quæ læxat ordinibus maximam

Imprimis autem ita de Germanis scribit Tacitus l. 1. Ann. Romanos ab Herminio propè victos, juxta hostium aviditas, B omnia cæde, prædam sectantur; ubi Commentator Annibal

* Prædestinatio.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA. VOCIS USURPATIO.

Prædestinatio, si nominis etymon spectes, componitur ex præ, & destino. Græci προορισμός dicunt. Destinare autem vel idem est quod mittere, vel significat constituere, ordinare, definire. Unde hoc loco significat destinationem ante omne tempus factam. Nomen autem Prædestinationis variè usurpatur, passim apud Augustinum, & Theologos, sumitur pro aeterno Dei proposito sive decreto, quo homines quosdam ordinat, ac dirigit ad beatitudinem, per media supernaturalia re ipsa consequendam. Et hoc modo ordinati dicuntur prædestinati; quasi designati, ac transmissi, perinde ut solet sagitta emitti ad scopum, quemadmodum appositè S. Thom. 1. p. q. 23. art. 1. declarat; virtute aliena, quia propria cum non poster attingere, & ita hac voce Paulus utitur ad Rom. 8. & ad Ephes. cap. 1. August. l. de prædest. Sæd. c. 10.

Alii tamen magis illius significationem extendunt pro aeterna destinatione sive ad vitam, sive ad mortem, ut idem August. l. 15. de Civ. c. 1. & Fulgent. l. 1. ad Monimum, & alias sæpe. Prior tamen usurpatione vocis est maxime familiaris Theologis, quæ prædestinatio de solis electis accipitur.

Cumque sit duplex eorum electio, una ad gratiam, altera ad gloriam, sit, quod auctores in modo loquendi discrepent. Nam quidam nomine prædestinationis intelligunt electionem ad gratiam; quomodo S. August. dicit lib. de prædest. Sæd. c. 10. Prædestinatio est gratiæ præparatio.

Et lib. de bona Perseverantiae cap. 14. Prædestinatio est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur.

Alii tamen accipiunt duntaxat pro electione ad gloriam, dum docent ex meritis prævisis prædestinationem fieri. Sunt, qui utramque electionem nomine Prædestinationis complectantur, ut Scotus in 1. d. 40. q. 11. Quo spectat illud vulgare, Prædestinatio est præparatio gratiæ in præsentia, & gloriæ in futuro.

Cæterum nolumus in præsentia de nomine contendere. Omnino tenenda est sententia illorum, qui prædestinationem accipiunt pro præparatione gratiæ, eamque ab electione ad gloriam distinguunt: & ita definiti potest, conceptio donorum gratiæ in Deo, quibus prævidet hominem bene usurum, & perducendum ad vitam æternam, cum proposito, & voluntate dandi ea dona.

Quamquam inter Theologos circa prædestinationem discrepant?

Cum prædestinatio distinguatur ab electione ad gloriam, & hæc immediatè circa finem, illa proximè circa media versetur; controversantur Theologi, utra prior sit, non quidem duratione, aut tempore, cum utraque sit æterna, sed ordine, & causalitate.

Multum putant, electionem esse priorem, ac proinde Deum, antequam conciperet, & præpararet dona gratiæ, elegisse quosdam ad vitam æternam, ex solo suo beneplacito, ac deinde cogitasse de mediis gratiæ, quibus ad illum finem pervenirent. Ratio illorum est, quia voluntas finis est prior voluntate mediis: sed electio ad gloriam est voluntas finis, & prædestinatio gratiæ est voluntas mediis, ergo electio prædestinatione prior est.

Alii contra sentiunt, prædestinationem esse priorem; ac proinde Deum primò præparasse dona gratiæ, ac deinde eos, quos prævidebat bene usuros ejusmodi donis, elegisse ad vitam æternam. Ratio illorum est, quia putant electionem ad gloriam, factam esse ex prævisis meritis. Hinc enim aperte sequitur, electionem supponere non solum merita, sed etiam gratiam, & præparationem gratiæ, seu prædestinationem.

Juxta hanc posteriorem sententiam, constitui debet hic ordo, ut Deus 1. conceperit dona gratiæ, tanquam media apta ad vitam æternam. 2. Ut per scientiam conditionatam præviderit, quinam illis donis essent bene usuri, si darentur. 3. ut decreverit illis dare hujusmodi dona. 4. Ut absolute, & per scientiam liberam, quam alii visionis appellant, præviderit illos bene usuros gratiæ. 5. Ut propter illum bonum usum prævisum decreverit illis dare vitam æternam per modum præmii, vide infra Ordo prædestinationis.

Prædestinatio, ut est gratia per Deum preparatio, sive liberale Dei decretum, quo ab aeterno decrevit Deus, & Angelos, & homines per casum Adami lapsos ad se vocare, & sine illis meritis propriis fidei, sibi que in filios, & hæredes adoptare, id est, decrevit eos vocare, & deducere ad fidem, gratiam, sanctitatem, omnemque perfectionem, & tandem ad gloriam, & hæreditatem æternam: hæc inquam prædestinatio est duplex: una inchoata, altera completa, & efficax. Dicitur autem inchoata, & incompleta ex parte Dei, quia omnes Christianos prædestinat ad gratiam Christianismi, in qua si perseveraverint, Christi gratia cooperari voluerint in finem, complebunt suam prædestinationem, & æternam hæreditatem consequentur, quomodo Apostolus vocat omnes Ephesos Christianos prædestinatos.

Completa est sanctorum, & beatorum: nempe tota illa series providentiæ Dei, gratiarum, & meritorum, è quibus hoc effectum, ut prædestinati vocarentur à Deo, & vocati justificarentur, justificati perseverarent in justitia, & perseverantes vitam æternam obtinerent, in qua acceptione Prædestinationem frequenter usurpat Augustinus.

CAUSE.

Indicat Apostolus omnes causas prædestinationis cap. 1. ad Ephesos, dicens. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, &c. En causam efficientem, cum dicit: Qui scilicet Deus prædestinavit nos. Meritoriam, cum dicit: per Christum. 3. Materialem (nam) si quidem ipsi homines sunt, in quibus recipitur effectus prædestinationis. 4. Exemplarem, in ipsum, Christum scilicet, cui tanquam capiti conformati nos convenit. 5. Formalem, cum addit, secundum propositum voluntatis sue. Hæc enim prædestinatio est decretum liberale voluntatis Dei. 6. Finalem, addit dicens, in laudem gloriæ gratiæ suæ, id est, ut laudetur gloria, splendor & claritas gratiæ Dei.

EFFECTUS.

Secundum variam acceptiorem prædestinationis, etiam variè illius assignantur effectus, vel enim est gloria, vel gratia, vel utrumque. Communiter assignantur tres effectus prædestinationis, vocatio, justificatio, & glorificatio, suntque effectus in genere causa efficientis.

Vocationem accipiunt, quæ contingit per gratiam præveniensem, habetque effectum in homine per consensum liberi arbitrii, neque interruptitur per culpam mortalem. Atque eodem modo justificatio accipienda est. Glorificatio est effectus, quatenus prædestinatio adjunctam habet electionem ad gloriam, quomodo S. Augustinus, & Fulgentius intelligunt illum locum Pauli, Quos & prædestinavit, illos & glorificavit.

CERTITUDO.

Triplex hæc certitudo potest considerari. Prima consistit in hoc, quod prædestinatus certò & infallibiliter sit perventurus ad gloriam. Oves mææ ait Christus. Joan. 10. vocem meam audiunt, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

Unde August. 1. de Perseverantia c. 14. Prædestinatio est præsentia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur. Hæc certitudo non oritur ex parte mediæ seu gratiæ efficacis, quasi Deus conferat prædestinatis tam efficaciter gratiam, ut debeant consequi suam finem: sed ex parte divinæ scientiæ, quæ falli non potest. Deus enim per scientiam conditionatam certò, & infallibiliter cognoscit, qui benè, & qui malè usuri sint gratia sibi concessa; & consequenter, qui salvandi, & qui damnandi sint.

Huc pertinet illud 2. Timoth. 2. Novit Deus, qui sunt ejus. Secunda certitudo, qua certus, & definitus est numerus prædestinatorum, & reproborum, colligitur etiam ex scripturis, & Patribus.

2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc. Novit Dominus, qui sunt ejus.

Idem docet Aug. lib. de corrept. & gratia cap. 13.

Hæc certitudo oritur ex præcedenti. Nam ex eo, quod Deus certò, & infallibiliter sciat, quinam benè, vel malè usuri sint donis gratiæ sibi concessis, necessariò sequitur, ut etiam sciat, quinam in particulari sint salvandi, qui damnandi; & quantus sit eorum numerus.

Hic disputari solet quantus sit numerus hominum prædestinatorum; & an plures homines, quam Angeli, prædestinati; item; an plures homines prædestinati, quam reprobi.

Expeditur paucis. Quantus sit numerus hominum prædestinatorum, incertum nobis est, & soli Deo cognitum, ut docet Aug. in Enchiridion c. 28. & D. Thomas 1. part. q. 23. art. 7.

Conjectura autem est, quod aliqui dicunt, tot homines esse prædestinatos, quot Angeli conuertunt; vel tot, quot Angeli præstiterunt; vel tot denique quot Angeli creati sunt. Illud verisimile, plures esse reprobos, quam prædestinatos. Arcta enim est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. Et, multi vocati, pauci electi. Quando de folis fidelibus intelligit D. Gregorius hom. 19. in Evangelia. Unde ex sententia Gregorii dicendum est, inter ipsos Christianos, & fideles, majorem esse reproborum numerum, quam prædestinatorum.

Tertia certitudo, qua consistit unicuique, an sit prædestinatus nec ne; in hac vita, absque speciali revelatione, haberi non potest, ut definitum est in Concil. Trident. sess. 6. c. 12. & canon. 15. Idem docet August. lib. de corrept. & gratia cap. 13. F

AN IN NOSTRA POTESTATE.

Res hæc facile expeditur potest. Effectus prædestinationis sunt tres. Vocatio, justificatio, & Glorificatio.

Vocatio partim est in nostra potestate, partim non est. Ut enim Deus vocet aut præveniatur, & excitet sua gratia, non est in nostra potestate, quia idè dicitur gratia præveniensem, quod præveniat consensum nostrum. Hoc olim in Ecclesia definitum est contra Pelagianos, in Concil. Arausicano cap. 3. & 4.

Etiam aperte convincitur ex Scripturis. Rom. 9. Non est voluntas, neque currentis, sed Dei miserentis.

2. Corin. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis.

Joan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. Omitto alia loca.

Ut autem Vocationi, seu gratiæ prævenienti consentiamus, id est in nostra potestate. Liberè enim convenimus, & cooperamur, ut patet ex Concil. Trid. sess. 5. cap. 6. Et manifestè dicitur ex scripturis, quæ sepè nos hortantur, ut Deo vocanti obediamus; cosque reprehendunt, qui obedire non volunt. Ezech. 18. Convertimini, & agite poenitentiam. Jerem. 7. Vocavi vos, & non respondistis.

Justificatio est in nostra potestate, quia pendet ex propria dispositione, quæ quis liberè se disponit ad infusionem gratiæ justificantis, & aliorum habituum supernaturalium, qui cum illa connexi sunt. Loquor autem de homine adulto, qui jam præventus, & excitatus à Deo est, per auxilium gratiæ actualis. Is enim sicut liberè consentire, & cooperari potest Deo vocanti, & excitanti; ita potest se liberè disponere, & preparare, ut paulatim capax efficiatur gratiæ sanctificantis.

Hoc satis declarat Concil. Trident. sess. 6. cap. 7. cum aliter justificationem fieri per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum. Et paulò post: Unumquemque recipere gratiam, & justitiam, secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.

Glorificatio similiter est in nostra potestate, quia pendet ex meritis nostris, quæ liberè in hac vita exerceamus. Qui enim post acceptam libertatem, & gratiam justificantem, in bonis operibus se exercet, juxta illud 2. Petr. 1. Satis agite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis; is procul dubio, si in his perseveret, quod cum gratia Dei potest, vitam æternam mercedis loco consequetur, & poterit dicere cum D. Paulo. 2. Timot. 4. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die. Hac consideratione dispellenda est ista phantasia, quæ se nonnulli cruciant, & in desperationem adigunt: Si prædestinatus sum ad gloriam, non possum ab ea excidere; si non sum prædestinatus; quidquid agam, non possum prædestinari; frustra ergo laboro circa me, & ineam æternitatem, auctam jam est, omnia, definita sunt à Deo; alterum quod de me à Deo definitum est, immutabile est, nec à me inverti, aut in aliam partem inflecti potest: Hæc enim est fallax argumentatio; cum utraque ejus propositio in antecedente sit fallax: statuit enim fatum quoddam inevitabile. Sed potius sic argumententur: Si discessero ab

ab iniquitate, & bene vixero, eligar, & prædestinabor ad gloriam; si malè vixero reprobabor, & prædestinabor ad gehennam: benè ergo vivam, ne reprobor, sed prædestiner ad gloriam, & salver: à bona enim vita pendet electio ad gloriam, sicut à mala vita pendet reprobatio, & damnatio; adeoque bona vita electionis, sicut mala reprobationis est causa. Atqui bona, & mala vita est in arbitrio, & potestate cuiusque. In cuius enim arbitrio, & potestate est causa, in ejusdem arbitrio, & potestate est effectus illius causa.

ORDO PRÆDESTINATIONIS.

Juxta varias Theologorum de prædestinatione sententias, alius, & alius ordo illis constituitur.

Quidam Thomistæ hunc ponunt. In primo instanti vidit Deum totum genus humanum tanquam massam corruptam peccato originali.

2. Quosdam ex illa massa elegit ad beatitudinem, reliquis relictis, & reprobatis propter peccatum originale.

In 3. cogitavit de mediis, quibus electos perduceret ad beatitudinem, & occurrit illi incarnatio Verbi.

In 4. placuit illi hoc medium.

In 5. imperavit, ut ita fieret.

Alii verò hunc assignant. Primò, Deus statuit creare totum genus humanum ad æternam beatitudinem, & simplici affectu desiderare omnes ad eum finem pervenire. Secundo, ex hac voluntate, decrevit illis dare gratiam in statu innocentie, permittens illis liberum usum arbitrii, in quo continetur etiam permisso peccati. Tertio, vidit primam hominem cum tota sua posteritate labi, id est, vidit actualè peccatum Adami, in quo omnes peccaverunt. Nihil adhuc dico de originali in singulis contracto, Quarto volens remedium homini lapsò preparare, prædestinavit Christum, & merita ejus. Quintò, statuit merita Christi diverso modo applicare hominibus. Nam B. Virginem voluit præservare à peccato originali per merita Christi, reliquos omnes permisit concipi, & nasci in originali. Hi rursus divisi sunt. Nam quosdam parvulos reliquit sine remedio, & reprobavit propter peccatum originale; aliis ex sola misericordia baptismum concessit, & ad vitam prædestinavit. A dulcis vero majorum, aliis minorem largiri decreverit; & hoc modo, C

consentur alios elegisse ad gratiam prædestinationis, alios reliquisse cum communibus præsidis. Sextò, absolvet vidit, hos benè usuros gratia, illos malè. Septimò, absolute voluit his dare præmium æternum, illis supplicium, & damnationem æternam.

* HÆRETICORUM DE PRÆSENTI ARGUMENTO DOCTRINA, & diffidia.

Hæreticorum, qui è Calvinii schola prodierunt, doctrina ex antiquarum hæresium fragmentis desumpta est. Primùm, quosdam homines æterno Dei decreto ad vitam, alios ad mortem, & interitum prædestinatos, citrà ullum ipsorum meritum. Asserit à Calvinio. Lib. 3. Infit. c. 21. §. 7. Et cap. 22. §. 3. & 11. cap. 23. §. 1.

Secundò, Hoc Dei decretum ita firmum, ac immobile esse, ut tollat omnem arbitrii nostri libertatem in negotio prædestinationis, ac reprobationis: neque ullo modo fit in nostra potestate perire, aut salvari, sic ut inevitabili quadam necessitate hi salventur, illi pereant. Calvin. lib. 3. Infit. c. 21. §. 7. & c. 23. §. 8.

Tertio docent, Deum ex vi illius primi decreti, quo aliis vitam, aliis interitum prædestinavit, absolute voluisse, & ordine fuisse lapsum primi parentis, & totius generis humani: ut proberet occasionem exercendi suam justitiam circa reprobos, & misericordiam circa prædestinatos. Idem Calvin. lib. 3. Infit. c. 23. §. 4. & 7.

Quarto, Christum pro solis prædestinatis, non autem pro reprobis mortuum esse, ac meritum. Idem lib. 3. Infit. c. 22. §. 10.

Quintò, solos prædestinatos, non reprobos vocari ad fidem & justitiam, camque semel habitam non posse amitti. Lib. 3. Infit. cap. 21. §. 7. cap. 22. §. 10. cap. 24. §. 12.

Sextò, solos prædestinatos in Ecclesia esse, & ad eam pertinere. Idem lib. 3. Infit. cap. 24. §. 10. lib. 4. cap. 1. §. 2.

Septimò, Omnia prædestinatorum peccata esse venialia, & non imputari: reprobos autem incitari à Deo ad peccata, ut

damnentur, neque illis unquam ullum peccatum remitti. Calvin. lib. 2. Infit. c. 8. §. 59. lib. 3. c. 4. §. 28. lib. 1. c. 18. §. 12. & 4. lib. 4. c. 1. §. 20. & 21. ubi dicit, nullum peccatum extra Ecclesiam remitti, cum autem in Ecclesia nulli sint reprobi, nullum igitur illis peccatum remittitur.

Ex superiori autem doctrina sequitur illud dilemma, quod miserò miserè torquet, & in desperationem adducit: Aut sum prædestinatus, aut reprobus: Si prædestinatus, certissimè salvabor, quidquid tandem egero: Si reprobatus, necessariò damnabor, quocumque me vettero. Fruar ergo voluptatibus quamdiu licet, quia nec obesse possunt prædestinato, & reprobum solari possunt saltem in hac vita.

Refert S. August. 1. de bono Persever. c. 15. quendam Monachum sui monasterii hac argumentatione eò adductum fuisse, ut deserta vita religiosa ad sæculum redierit, & in reprobum sensum dilapsus fuerit. Neque sane habent Calvinistæ quid ad illud desperationis plenum dilemma respondeant.

Lubet tamen hæc adtexere, qua ratione medicus quidam illud dissolvit. Historiam tradit Cæsarius lib. 1. cap. 27. quæ sic se habet.

Ludovicus Landgravius propter deploratam vivendi licentiam à viris religiosis correptus, graviterque monitus, ut ad bonam frugem rediret, antequam inopinata morte præveniretur, pro excusatione hoc adferebat. Si prædestinatus sum, nulla peccata poterunt mihi regnum celorum auferre: Si reprobatus, nulla bona opera conferre. Itemque illud: Cum venerit dies mortis meæ, certò moriar. Illum nec benè vivendo potero extendere, nec malè vivendo previnire. Quid factum? Incidit in gravem morbum: medicum ad se vocat. Is ut erat vir prudens, & verborum Landgravi memor; Domine mi, inquit, frustra me vocas: Nam si venit hora mortis tuæ; certò morieris, nec possum te juvare: Si non venit, non indiges mea ope. Quid ita vero inquit, Landgravius? Quin juva me, antequam mors adprehat. Tum medicus, si putas vitam corporis conservari posse, adhibita medicina, cur similiter non credis, vitam animæ juvari posse poenitentia, & contritione? Hoc verbo vicit medicus, & Landgraviò persuasit.

Sic medicus. Theologi hoc modo solvunt. Si prædestinatus sum, id est, si à Deo ordinatus sum ad vitam æternam, per certa media, quæ in mea sunt potestate, consequendam; certò consequar vitam æternam, modò illa media adhibuerim. Rursum, si sum reprobatus, id est, si à Deo ordinatus sum ad perpetuos cruciatus propter mea peccata, quæ liberè commiffurus sum; certò damnabor, si illa peccata committam, & ab iis non abstineam.

Hæc solutio reddit animum tranquillum, & pacatum. Neque eum, qui in peccatis est, facit desperare; nec ei, qui justus est securitatem promittit. Quin potius utrumque monet, ut cum timore, ac tremore salutem suam operentur. Ita Becanus in Opus. controv. de Prædestinatio.

* OCCASIONE EJUSD. ARGUMENTI PSEUDO-SYNODUS NUPER celebrata.

Doctrina Joannis Calvinii de Prædestinatione, & illorum, quæ hæc illustrant, & explicant, quod apertam impietatem involvere, omnibusque sceleribus januam aperire quibusdam etiam ejus sectatoribus videretur, primum displicere, tum denique palam explodi cepit, ortaque gravissima ejusdem sectæ circa hoc argumentum dissensio mox fuit, cum plerique sibi à tam enormibus paradoxis recedendum rati, Jacobum Arminium Professore Leydensem antesignanum suum secuti, & ab eo Arminiani vocati fuere: illi eadem mordacitè tuenda cum suo Stratego Francisco Gommaro insuper Professore Leydensi asseverarunt: quibus nomen etiam Gommaristarum adhaesit. Quamvis priores à Libello Ordinibus, exhibito Remonstrantes; posteriores Contraremonstrantes fuerint appellati.

Res autem post longas altercationes eò devenit, ut huic dissidio componendo Synodus Nationalis, ita eam vocabant, in Spiritu prælatorum Ordinum indicta fuerit Dordraci in principe Hollandiæ oppido, quæ quidem inchoata mense Novembri anni 1618. & terminata in Maio anni 1619. In qua cum jus suffragii sibi per vim arrogaret Contraremonstrantes alii potentiores, facile pro illorum impietate Synodus stetit, cum ipsi eam constituerent, partisque, & Judicis munus sustinerent.